This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.


+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google



Digitized by Google

QE
522
.I92

Digitized by Google

Digitized by Google

Ittig, Thomas, 1643-1710.

Digitized by Google

Q. B. V.

M. THOMÆ ITTIGII, LIPS.
Colleg. Philoſ. in Acad. patr. Adſeſſoris

Lucubrationes Academicæ

De

MONTIUM INCENDIIS

in qvibus poſt ardentium toto paſſim orbe montium catalogum & hiſtoriam, ac variarum opinionum examen, non modò totus naturæ cùm in efficiendis tùm in conſervandis illis ignibus proceſſus exponitur, ſed mirabilium etiam, qvæ vehementioribus paroxyſmis accidunt, ſymptomatum ratio redditur, aliaqve materiam hanc attinentia curioſis exhibentur

antehac ad diſputandum diverſis vicibus propoſitæ

nunc ab Autore recognitæ, magnam partem auctæ & conjunctim

editæ

Cum Indice Sectionum & Capitum.

LIPSIÆ,
Typis & Impenſis JOH. WITTIGAU. 1671.

Digitized by Google

6-16-45
52239

Digitized by Google

SereniSimo CelsiSi-
moqve
Principi ac Domino,
DOMINO
JOHANNI
Georgio Secundo,
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ,
MONTIUMQVE DUCI,
S. R. IMPERII PRÆFECTO
PRÆTORIO ATQVE
SEPTEMVIRO ELE-
CTORI,
LANDGRAVIO THURINGIÆ,
MARCHIONI MISNIÆ NEC
NON UTRIUSQVE LUSATIÆ,
BURGGRAVIO MAGDEBURGEN-
SI, COMITI MARCÆ ET RA-
VENSBERGI, DYNASTÆ RA-
VENSTEINI
*PIO, JUSTO, MAGNA-
NIMO,*
DOMINO SUO CLEMEN-
TISIMO

01-28-95 RE

Digitized by Google

Lucubrationes has

de

MONTIUM INCENDIIS

Academicas

Autor

M. Thomas Ittigius, Lipſ.

F. P. A.

pietatis humillimæqve devotionis

causâ

dat, dicat, conſecrat.

Digitized by Google

QVod hactenus tacitâ qvâdam, &, qvalis videbatur mihi religioſior, intimis animi ſenſibus reconditâ veneratione colui ſublime cœloqve proximum SERENITATIS TUÆ Faſtigium, POTENTISSIME PRINCEPS ELECTOR, id ecce nunc perfrictæ frontis homo congeſtis qvaſi montibus aggredior ac invado. Magna, fateor, & inſignis, qvam ſuſtineo, temeritas, neqve levior, qvàm Gigantum, qvos imponere Pelion Oſſæ conatos in Poëtarum fabulis legimus, niſi, qvòd illos cœca ſui fiducia Superûmqve contemptus, me pietas audentem fecit. Nam cui potiùs, qvàm TIBI, lucubratiunculas has meas conſecrem, cujus indulgentiſſimis proviſionibus uni-

Digitized by Google

ce meritoqve debeo, qvicqvid in eruditione profeci, ſi qvid omnino profeci. Certè, qvòd à teneris in id incubui diligenter, ut aliqvando patriæ vel ornamento vel uſui qvalicunqve labores eſſe mei poſſent, qvòd nondum animum deſpondeo, ſed adhuc in Sacris pariter ac profanis literis, utinam non minore felicitate, qvàm promtitudine, deſudo, qvòd jactatis, ut proverbiô dicitur, rudentibus expanſisqve velis, qvousqve corporis & ingenii vires admittunt, ſubinde progredior, id propitiis TUÆ GRATIÆ Favoniis acceptum omne referam oportet. TU Parentis mei res, PATER PATRIÆ MUNIFICENTISSIME, in hunc usqve diem foves atqve ſuſtentas, qvibus per tot annorum ſtipendia qvid accedere Largitate Tuâ potuit, qvod ad mea commoda non uberrimè redundaverit? TU me jam undecim

abhinc

abhinc annis in Alumnorum Tuorum numerum cooptare dignatus es, ab eoqve tempore benignè ſemper habuiſti, ſpem neqve ſemel neqve dubiam oſtendens, fore qvondam, ut mea qvoqve ſtudia Tuis Ejusdem, Cujus hactenus progreſſa ſunt, Auſpiciis, eam, qvam præfixere ſibi metam, ex votô tandem contingant. Qvid multis? onus Ætnâ gravius in me ſuſciperem, ſi Bonitatis erga me Tuæ ſingularem exuberantiam circumſcribere verbis conarer, qvam ne mentis qvidem ambitu complecti ſatis poſſum. Pro tantis igitur Tuorum in me Beneficiorum cumulis & qvaſi montibus montes hos TIBI meos reddo, non aureos qvidem illos, (nec enim is ego ſum, qvi magnos, ut eſt apud Satyricum, promittere montes auſim) ſed ignivomos, eosdemqve neqve ſtylô neqve doctrinâ ſatis cul-

Digitized by Google

tos, non aſpernandos tamen planè, ſi gratum humillimôqve flagrantem obſeqviô reſpicias offerentis & hos veluti Pietatis Montes exſtruentis animum. Idqve TE pro ſummâ Tuâ, qva tenuiſſimum etiam qvemlibet amplecteris, & inuſitatâ prorſus Clementiâ facturum, tantò minùs dubito, qvantò firmiùs & hanc & cæteras TUAS Incomparabiles omninò Virtutes comes earum Gloria publicis omnium hominum conſcientiis impreſſit. Enimverò TE non ſecus ac DEUM Ipſum, Cujus vicem geris, multò impenſiùs recta parvô defungentium & vel exiguô ſale litantium voluntas, qvàm carmen aliqvod meditatum aut exqviſitiſſimæ victimæ delectant, cumqve multis in rebus ad Solis & cœleſtium corporum naturam accedas, tùm illâ præcipuè, qvòd è Cœlô MAJESTATIS TUÆ non montes modò,

ſed

ſed terras etiam penitus penitusqve jacentes beneficiis Tuis radiis illuſtres. Hac igitur fiduciâ fretus montes hos meos ignivomos, Veterum ritu, qvi conſecrare montes, & ſuum cuiqve Tutelare Numen præficere ſolebant, Tuis, DOMINE CLEMENTISSIME, Pedibus aſterno, ſimulqve TUÆ CELSITUDINIS Præſidio me totum cum ſtudiis meis ac fortunis omnibus humillimâ ſubjectiſſimâqve devotione commendo. Qvod ſupereſt DEUM OPT. MAX. Conditorem Imperiorum & Statorem Unicum ſupplicibus votis veneror, ut incolumem TE terris his atqve provinciis conſervet, &, qvousqve terminus humanæ vitæ produci, qvàm longiſſima poſſunt annorum ſpatia porrigi, tantundem explere vivendo TE ſinat, omnibusqve conſiliis & actionibus Tuis, ut hactenus, ita porrò qvoqve Suc-

Digitized by Google

ceſsûs & Majeſtâtem aſpiret. Faxit Benigniſſimum NUMEN, ut ſalvâ totâ DOMO SAXONICA feliciſſimè imperes, Qvi & optimè, tandemqve poſt ſeros annos in cœlum ſuccedenti TIBI non alius in terris ſuccedat, qvàm, qvem jam dediſti, SANGVIS Tuus, Isqve continuatis deſcenſionibus mundo coævus perpetuò floreat, vigeat, triumphet!

Dab. Lipſ. è Muſ. 5. Id. Dec. Annô Christiani computi cIↃ IↃc LXX.

Digitized by Google

QVæ montiũ atros evomant ignes juga,
Qvæ terra montes ebrios æſtu ferat,
Primus, nec artis indigus, monſtrat labor.
Verſat ſecundus omne ſcriptorum genus,
Variosqve ſenſus Ingeni ad limam vocat
Rebus vacantum Tarpa Naturæ ſagax.
Cauſas ſecutus, altior ſcientiâ,
Incendiorum pandit atqve pabula,
Cavisqve terræ ſedibus qvæ delitens
Portenta in auras Mulciber mittat, docet,
Adjutus auris, Æole, in partem tuis.
Numeros at omnes implet acer ultimus,
Terræq; motus, murmura, & maris fugam,
Sparſosqve fumos, & favillarum globos,
Tenebrasq; ſpiſſas, damnaq; & ferã luem
Vicesqve prodit, ſignaqve Orbi triſtia.
Fas ſit, nec atro dente dicta mordeat
Livor malignus, ferre judicium mihi,
Atq;, arte qvanta, dicere, hæc tractes ſacris
Dilecte Muſis & profanis ITTIGI.
Tanta arte tractas, montiũ illorum ſpecus
Penetraſſe ut omnes mente cenſeri qveas.
Vel corpore ipſo potius & promto pede
Saliiſſe in altas ignium voragines,
Et curioſo, nempe reddendus tuis,
Notaſſe ocello qvæ doces miracula,

Qvid

Qvidqværis ? illo gloriâ ſaltu excidit
Samius Poëta : * tu tenebis, ITTIGI,
Almaqve ſemper vinciêre adorea
Famâ ſuperſtes neſciusqve funeris.

* *Horat. in Ep. ad Piſo-nes, v. 463.*

Eruditiſſimo labori dilectiſſimi ſui ITTIGII hoc qvicqvid eſt debebat

D. Fridericus Rappolt, Theol. Prof. Publ.

Ad
Clariſſ. Dn. Autorem,
Collegam M. pl. honorandum.

INgenii Te flamma Tui ſublimis in altum
Egit, in ignivomis montibus aſtra petens.
Igneus hinc totus nunc ipſe reverteris, & Te
Lucida perſeqvitur Gloria ubiqve comes.
Qvid fiet, poſtqvam inflammas nunc ipſe Sionem ?
Cùm Tua jam totum flamma Helicona capit?

Gratulab. ex animo f.

L. Val. Alberti, P. P.

VIdit inacceſſos Æthnæ mortalibus ignes,
Flammivomosqve alios montium in arce focos,

Vidit

Digitized by Google

Vidit & hos æſtus vano indagarier æſtu,
Nataqve tormentis tormina, Diva Phyſis.
Ergò ſub obſcuris torrens Vulcanius antris,
Flammæ & inexhauſtæ cauſa latebit, ait?
Eſt mihi, tantarum fontes qvi pandète rerum,
Addere qviqve ignes ignibus ipſe poteſt,
Ingenii Cœlum findens flammantibus alis,
THOMAS, ITTIGII vivida Imago Mei.
Scilicet igniferas penetrans imprimè cavernas
Ignea Mens ignis ſemina qvæqvè dabit.
Nec mora. Mirificos ſe totum immittit in ignes
Delitium Phyſeos, Delitiumqve Patris,
Perqve volutatis flammarum anfractibus imis
Emicat, accendens fulgidam ubiqve facem.
Salve, ait Alma Phyſis, ſalute, Patris optima Proles,
Abſtruſasqve alias pandere perge vias,
Æthna mihi es, cunctas ſuperans ardoribus Æthnas,
Cujus mox rutilans culmina lambet honos.

Præcellenti & Clariſſimo
Dn. M. Ittigio,
Tali ingenii edecumato hoc fœtu, aliisqve eximiis ſpeciminibus Æthnæ inſtar prælucenti, ita felici ſorte qvaqve digniſſimo, Amico & Collegæ æſtimatiſſimo
ſive qvicqvid eſt bene-omin. ab. prop.

M. Joach. Fellerus,
Poëſ. P. P.

Heſpe-

HEſperii qvis ſuma jugi, Ætnæoſq; caminos,
Cyclopi impoſitam qvis coqvat ardor hu-
mum: (mo
Qvod latitet ſulfur, qvis clauſum accendere fo-
Poſſit, & extinctas rurſum animare faces:
Qvos fumos, qvos terra globos exuſta refundat:
Qvàm tumida ex illis æſtibus unda latret:
Omne hoc argutæ felici indagine mentis
Inqviris, Clarii gloria ſumma chori.
Nec ſaltē inqviris; reperis, Doctiſſime, id omne,
Nec ſatis hoc; docto prodis id omne libro.
Ingenii, mihi crede, tui divinior ignis
Hinc ſimul, & claudi neſcia flamma micat.
Mox erit, hæc ſumi cùm ſidera lambet Olympi,
Ac toto gratum fundet in orbe jubar.

Longè Clariſſimo Viro,
Fautori & Amico ſummoperè honorando, eruditiſſimas de incendiis montium curas uno libello edenti ſincerum affectum teſtaturus ſcrib. VVittebergæ 7. Dec. 1670.

Sam. Benedictus Carpzov,
P. P. P.

(o)

Digitized by Google

TRIUNO JUVANTE.

Procœmium.

SUMM:

Montium incendiis nihil vel admirabilius vel formidabilius. Cauſarum indagatio difficilis. Operis hujus occaſio ſcopus & argumentum.

QVotiescunqve per multa variaq; naturæ prodigia, qvæ mortalium animos vel in admirationem ſui rapiunt, vel affligunt metu, cogitatione diſcurrendi fuit mihi locus, ſemper ego montium incendia præ cæteris & admirationis & metûs habere plurimum exiſtimavi. Qvemadmodum enim, ut hinc potiſſimùm incipiam, ardere tot in universô rogos fidem penè ſuperat: ſic omnem humanæ mentis aciem excedit ardentes non abſumi, nec ulla ſatis rationem capit ratio, qva tot ſubinde non dicam annis ſed integris ſeculis & ignes tantum continuò ſibi reparent qvantum erogant, & montes ſic ubiqve ſuam diſpergant ſubſtantiam, ut inter aſſidua viſcerum ſuorum damna vix aliqvod ſentire damnum videantur, qvæ Tertulliani ferè *apologet. c. 48.* & Caſſiodori *l. 4. Var. ep. 50.* verba ſunt. Enimvero cum avidiſſima ſit flam-

flammarum voracitas, ecqvis eſt, cui non cum Plinio *l.2.nat.hiſt.c.107.* mirari ſubeat, aut ullam eſſe naturam, qvæ tantos ignium exceſſus ſine detrimentô ſui paſcat, aut ullum fuiſſe diem, qvo non hæc univerſa mundi conflagraverit compages? Qvid? qvòd incendiorum ex intimis terræ carceribus ad ſumma montium cacumina per medias ruinas eluctantium omniaqve ſecum trahentium ſtupenda vis haud rarò tam longè lateqve ſe diffundit, ac ſi contagiô qvodam qvoqvoverſus omnia pervadat. Terra qvippe vi ſpirituum convulſa qvaſi præ metu diſceſſura titubat, effervefactus oceanus ebullit, et tanqvam ad defenſionem ſui coacturus undas à littoribus ſuis refugit, crebreſcunt horrendi fremitus & tonitribus haud abſoni mugitus, conglomerantur atræ fumorum nubes, incredibilis cinerum copia depluit, deſpumant liqveſcentium omnis generis foſſilium indigeſtæ maſſæ, nec leviores modò materiæ, ſed inuſitatæ qvoqve molis lapides egeruntur, & novi propemodum è montibus montes eructantur, cælum tenebris obvolvitur, aër peſtiferâ mephiticis teterriſqve fœtoribus infectus omnia corrumpit, enecantur ſegetes, proſternuntur arbores, obruuntur campi, nemora vaſtantur, ædes corruunt, pagi, vici, oppida vel exhauriuntur ſuis incolis, vel unà cum illis abſorbentur; & qvæ ſingula denique torqvendis hominum ingeniis ſufficerent, tanqvam ad publicam rerum omnium perniciem

nitiem

Digitized by Google

nimium conſpirent univerſa. Qvibus omnibus accedit, qvod intra ſubterraneas & citra manifeſtum vitæ diſcrimen haud temere unqvam adeundas officinas ejus mali cauſæ lateant abſtruſæ, qvarum intelligentiam aſſeqvi tantum abeſt,ut ſit in proclivi poſitum, ut omnis potius in earum inveſtigationem intenta curioſitas vel inconſulta poſſit vel irrita videri; Quæ ſanè difficultas ſtuporem pariter ac formidinem haud mediocriter augeat oportet. Nam ſi,eorum genuinas rationes ignoramus, etiam leviora miramur & timemus, qvid in tam inſolitis naturæ cataſtrophis fieri neceſſe ſit, facilè cuilibet apparet, qvas qvi ſine pendulari quadam animi conſternatione contemplatur, in eorum utiqve numero cenſendus eſt, qvibus ſtuporis cauſâ τῶν *ἀναισθήτων ἢ ἀναλγήτων* titulum Philoſophus aſſignat *l.3. Eth. Nicom. c.10.* Qvamobrem cum ante ſeptem annos aliqvid publicè mihi proponendum & ſolenni literatorum examini ſubjiciendum intelligerem, operæ pretium omninò me facturum arbitrabar, ſi, qvantum ingenii vires permitterent, in hoc potiſſimùm argumentô deſudarem, & ex cauſarum indagatione non minus admirationi remedium, qvàm timori temperamentum invenirem. Qvæ dum animô verſarem & jam primas, qvod ajunt, operis lineas ducerem, creſcentem, ut fit, inopinanti materiam excerptis inde, qvæ videbantur, potioribus & in ordinem aliqvem digeſtis ad

 tria

Digitized by Google

tria ſumma capita conſtringens, ita partiebar, ut totidem Academicarum diſputationum vice publicam lucem aſpicerent, & ſubirent cenſuram.

De qvibus qvid aliorum fuerit judicium, neqve ſatis ſcio, neqve ſi ſciam, dicere ſatis auſim: illud & ſcio neqve diffiteri poſſum, fuiſſe me, cum iſta ſcriberem, velut in procinctu, qvo facilè factum eſt, ut ne mihi qvidem ipſi (qvid enim diſſimulem?) nedum ut limatiſſimis aliorum judiciis ex aſſe ſatisfacerem. Nam & multa prætermitti non debuerant, & cætera qvoqve multò diligentiùs tractari. Qvæ cum animadvertiſſem, tametſi veniam apud omnes bonos ætati ſimul & feſtinationi meæ paratam ſcirem, ita tamen mecum ſtatuebam, ut ſi qvæ minùs accuratè ſcripta deprehendere licuerat, corrigerem, &, qvæ per incuriam omiſſa fuerant, ſupplerem, operam & aliorum ſtudiis oppidò gratam & meis non indignam facturum omninò me putarem. Qvemadmodum autem ita vulgò comparatum eſt, ut de prodigioſis naturæ miraculis nunqvam humanæ mentes magis ſint ſolicitæ, qvàm ubi ſe res ipſæ ſenſibus inſinuant, & publicam omnium attentionem provocant: ita neſcio qvod ſemper mihi fatum hactenus obfuit, qvo minus, ut animò jamdiu deſtinaveram, hanc de montium incendiis materiam pleniùs elaborarem, donec annô proximè præterlapſô ipſa montiū incendia languentem animum

denuò

Digitized by Google

denuò reſuſcitarent; & novum qvaſi mihi fomitem ſubminiſtrarent, cum nimirum & Ætna, qvæ, ut Oroſii *l.* 2. verba mea faciam, hactenus tantùm in præteritorum fidem innoxiâ ſpecie fumaverat, redintegratis, ut ſolet, furoribus igneos per declivia torrentes evomeret, & Veſuvius ejectis magnâ copiâ cineribus haut incerta ferventium adhuc intus viſcerum indicia proderet, & ex Angliâ qvoqve prope oppidum Wieddenbourgum montem aliqvem magnos ignium bolos eructaſſe, gravemqve incolis terrorem incuſſiſſe nunciaretur, & in noſtrâ qvoqve Germaniâ prope municipium, cui Schmidtbergæ nomen eſt, aliqvis terræ tractus combuſtarum radicitùs arborum proſcenio ſimili tragoediæ præludere videretur.

Qvæ cum idem ferè circa tempus acciderent & Natura ceu ſignô qvodam datô mortalium curioſitatem excitaret, facilè commovebar, ut haud ultra moratus qvod jam olim de montium ignes evomentium naturâ ſcriptum delineaveram, ſi non omnibus omninò numeris, ut dicitur, abſolvendum, augendum ſaltem pro virili meâ ſuſciperem ac exornandum. Ac prævidebam qvidem, cum hoc aggrederer, non defuturos, qvi propoſitum hoc meum eſſent criminaturi; qvod homo nec judiciô nec doctrinâ ſatis valens de re, qvæ tot graviſſimos & in rerum naturalium ſcientiâ verſatiſſimos Philoſophos haud leviter exercuiſſet, commentari qvippiam

ardorem, aut famæ fortaſſis alicujus ſtudiô tam, qvam alter Empedocles ardentem, frigidus Ætnam inſilirem. Qvos omnes tamen ego Cenſores, eo locô cenſendos neutiqvam putabam, ut eorum autoritate me paterer ab inſtitutô deterreri, qvippe qvi non meis viribus, ſed optimi cujosqve benevolentiâ confiſus hoc, qvicqvid eſt, tentarem, nec famam inde mihi, ſed veniam ſperarem. Veniebat inſuper in mentem illud Senecæ *ep. 80.* Lucilium hortantis, ut Ætnam ſolennem omnibus Poëtis locum carmine ſuo deſcribere non deſiſtat, *quem*, inqvit, *quominus Ovidius tractaret, nihil obſtitit, quod jam Virgilius impleverat, ne Severum quidem Cornelium uterqve deterruit. Omnibus præterea*, pergit, *feliciter hic locus ſe dedit, & qvi præceſſerunt, non præripuiſſe mihi videntur, quæ dici poterant, ſed aperuiſſe. Multum intereſt, utrum ad conſumptam materiam, an ad ſubactam accedas. Creſcit indies, & inventuris inventa non obſtant. Præterea conditio optima eſt ultimi, parata verba invenit, qvæ aliter inſtructa novam faciem habent. Nec illis manum injicit ut alienis, ſunt enim publica. Juriſconſulti negant qvicqvam publicum uſucapi. Aut ego Te non novi, aut Ætna Tibi ſalivam movit. Cupis enim grande aliqvid & par prioribus ſcribere.* Sed abundè jam opinor, hujus mei laboris rationem reddidi. Nunc, qvod benè vertat, omiſſis ambagibus rem ipſam aggrediar, & ut, qvid expectandum à me Tibi ſit, ſtatim ſcias, Amice Lector, primùm ignivo-

Digitized by Google

morum totius orbis montium Catalogum ac hiſtoriam pertexam, deinde variis Autorum omnis ætatis opinionibus ad examen revocatis in genuinas hujus miraculi cauſas inqviram, & totum in hôc negotiô naturæ proceſſum luculenter & velut ad oculum oſtendam, porrò gravium, qvæ laborantibus ex inteſtino flammarum æſtu montibus in vehementioribus maximè paroxyſmis accidunt, ſymptomatum rationes reddam, & tandem de ſtatis incendiorum vicibus variisqve deſumtis ab hac materiâ præſagiis & hieroglyphicis aliqva ſubnectam. Faxit Deus Opt. Max. ut omnia feliciter!

SECTIO PRIMA

Montium ignivomorum totius Orbis catalogum & hiſtoriam complectens.

CAP. I.

DE ÆTNA.

PENS. I.

Ætnæ Nomen.

Summarium.

Ætnæ elogium. Iſidori & Vincentii etymologia rejicitur. Afferuntur alia. Ætna Cyclops. Scelurus qvidam Ætnæ filium ſe mentitus ejusq; ſupplicium. Ætna Palicorum mater. Palicorum templum, crateres eorumq; miraculum & religio circa juramenta. Juramenti ejus ceremo-

niæ, & pejerantium pœna. Quæ ſit hodie faci... Lacûs Palicorum. Ætna urbs. Origo vocabuli Græca. Alia Ætnæ nomina.

§. 1.

OMnium non Europæ modò ſed totius etiam Orbis ignivomorum montium facilè principem locum tenet Ætna nobiliſſimus ille Siciliæ mons judice *Senecâ epiſt. 52.* Cujus nomen evolvens Iſidorus *l. 14. origin. c. 8.* qvem ſeqvitur etiam Vincentius in ſpeculô ſuo hiſtoriali ut vocat l. 1. c. 85. *Ætna mons*, inqvit, *ex ſulphure & igne dictus, unde & Gebenna.* Qvibus verbis qvid intendat ne Numam qvidem niſi forſan Ægeriæ ſuæ conſultis oraculis conjecturum puto. Cæterorum & clarior & veritati propior eſt ratio, qvi vel ex Poetarum fabulis, vel ex hiſtoriâ, vel ex ipsâ montis naturâ nominis originem deducunt.

§. 2. E qvibus, ut à fabulis incipiam, Joh. Camers *in cap. XI. Polyhiſt. Solin.* ab Ætnâ Cyclope monti nomen hoc impoſitum exiſtimat. Cujus filium ſe mentitus ignotus qvidam homo nomine Selurus, cum loca circa Ætnam unà cum aliis facinoroſis & perditiſſimis prædaretur, captus in ludis gladiatoriis beſtiarum ictibus periit, ut annotavit Alex. ab Alex. *l. 2. c. 11. gen. dier.* Poſitus enim in ſublimi qvodam tabulato tanqvam in Ætnâ compagibus ſolutis ac ſubitò collapſis in caveas delatus eſt & à beſtiis diſcerptus, referente ſic Strabone *l. 6. introd.*

Georg.

Geogr. circa cujus ætatem iſta Romæ contigerunt. Secutus autem eſt paulò ſuperius laudatus Autor in hac nominis notatione dubio procul Demetrium Caletianum, qvi duos Briareo Cyclopi filios fuiſſe ſcribit, Sicanum & Ætnam, qvorum alter toti regioni, qvæ nunc Sicilia dicitur, alter præcipuo totius regionis monti nomen dederit, ut eſt apud Cæl. Rhodigin. *l. 14. c. 20. A. L.*

§. 3. Interpres autem Theocriti nomen hujus montis ab Ætnâ ſeu Thaliâ (nam & hoc ipſi nomen fuit) Jovis amicâ & Palicorum matre, qvam montis hujus præſidem crediderunt, & qvam in librô ſuô de Siciliâ Simonides inter Vulcanum & Cererem hâc de regione diſceptantes velut arbitram judicaſſe ſcribit apud Rhodiginum loco modò citato, ortum ſuum traxiſſe putat. Hanc fabulantur Jovis compreſſu gravidam, cum ex metu Junonis, ut terra dehiſceret, optaviſſet, impetratis votis ſub terrâ geminos enixam, qvi prodeuntes Dii Palici qvaſi πάλιν ἱκόμενοι dicti ſunt, eò qvod in terram unà cum matre merſi denuò fuerint è tenebris reverſi,

Πάλιν γὰρ ἵκουσ' ἐκ σκότους τόδ' ἐς φάος,

ut habet Æſchyli ſenarius; in tragœdiâ, cui nomen fecit Ætnæ.

§. 4. Cæterùm emergentibus è terrâ Palicis divinus honor fuit habitus, & templum magnificis ſumtibus exſtructum, cujus aliqva ſuperfuiſſe

Digitized by Google

iſtæ monumenta ſuis adhuc temporibus Fazellus *dec. I. rer. Sicul. l. 3. c. 2.* memorat, qvemadmodùm & ejus urbis, qvam juxta templum Palicorum Siculorum Dux Ducetius condidit, & ab illorum nomine Palicen appellavit.

§. 5. Ac in iſto, qvod dixi, fano breves qvosdam & exiguæ qvidem amplitudinis, ſed inenarrabilis profunditatis lacus fuiſſe meminerunt Deodorus Siculus *l. XI. biblioth. hiſt.* c. 88. & è vetuſtiſſimis Græcorum monumentis hanc Palicorum hiſtoriam eruens Macrobius *Saturn. l. 5. c. 19.* incolis crateres & ſuâ lingvâ dellos dictos, qvi lebetum inſtar ſuppoſitis ignibus æſtuantium ebullientes & nunqvam aut ſuperfuſas aut ſubſidentes aqvas in altum extulerint, de qvibus Ovidius *l. 5. metamorph.*

Perq; lacus altos & olentia ſulfure fertur
Stagna Palicorum ruptâ ferventia terrâ.

§. 6. Hos crateres Palicorum fratres eſſe crediderunt, & ipſos qvoqve ſuperſtitioſè coluerunt. Ad eos enim jurisjurandi religione dictorum fidem explorabant. Et ille qvidem, qvi jusjurandum exigebat, libellum manu tenebat, & ediſſerebat ea ſuſpecto, qvæ jurejurando vellet confirmari; reus oleaginum ramum vibrans coronatus ſuccinctus & tunicatus crateris extremitatem tangebat & ita jurabat, ut refert Polemon περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν apud Macrobium *loc. cit.* Tantò major autem erat ejus juramenti veneratio, qvantò certior

tior perjurii vindicta. Nam qvi bonâ fide jurabat, illæſus qvidem diſcedebat, qvi verò ſecus, aut oculos, aut vitam amittebat.

§. 7. Sed Ariſtoteles, ſi qvidem is autor eſt libri περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, qvo de doctiores valdè dubitant, alias ejus juramenti cerimonias fuiſſe refert. Refert enim juramenti ſummam tabulæ inſcriptam in fontem abjici ſolitam fuiſſe, eôqve pejerante velut pondere depreſſam oculos hominum effugiſſe, perjurô ignibus correptô, ſin is absqve dolô juraſſet, in ſuperficie tabulam nataſſe. Conveniunt igitur in hoc omnes, improviſam Numinis vindictam pejerantibus imminere ſolitam, & multos id ſuis ipſorum exemplis docuiſſe implacabile perjurii piaculum expertos.

§. 8. Unde mirari poſſis, cur Virgilius *Æn. 9.* placabilem Palicorum aram appellet:

Symæthia circum
Flumina pinguis ubi & placabilis ara Palici.

Cujus rei rationem hanc affert Macrobius *loc. c.* qvod illi qvidem crateres, de qvibus modò dictum, implacabiles habiti fuerint, ipſi tamen Palici fratres ob inſigne qvoddam beneficium placabiles meritò fuerint appellati. *Cum enim,* inqvit, *ſterilis annus Siciliam areſeciſſet divinô Palicorum reſponsô admoniti Siculi Heroi cuidam certum aliqvod ſacrificium celebraverunt, & revertit ubertas. Qvâ gratiâ Siculi omne genus frugum congeſſerunt in aram Palicorum, ex qva uber-*

Digitized by Google

albert ubi ara pinguis eſt vocata. Ejusdem for beneficii memoria ſancitum etiam fuit, ut h Palicorum templum non ſervis modò fugitivi ſed etiam hominibus qvacunqve calamitate o preſſis aſyli vicem præberet. Servius tame in hunc Virgilii locum ideò placabilem ara dictam putat, qvòd, cum initio Dii Palici h manis hoſtiis placarentur, poſteà mitiora ſ cra boni conſuluiſſent.

§. 9. Cæterùm, ut è recentioris notæ Scripto ribus aliqvid adjiciam, ita de Palicorum lac Fazellus *dec. I. lib. 1. c. 5: eſt in Meneninô agrô omni um ſermone celebratus Palicorum lacus, quem E phinthiam Plinius appellat, Naphthia hodiè di ctus, triplici cratere ferventem & murmurantem perpetuò aqvam ad tres cubitos ejaculans, cui ſu pervolantes aves interire non ſolùm Apion ſcri pſit, ſed & ipſe reapſe id vidi.* Et Schottus in *Phyſicâ ſuâ curioſâ l. 1. c. 12.* cum obiter iſtius lacus mentionem facit, *Lacus,* ait, *Palicorum ad huc extat hodie in campis intra Catanam & Me nias, & olim à Græcis Naphthia, nunc verò Siculis corruptè Naphthia dicitur. Nec niſi hyeme a quam ferè continet, æſtate verò fermè exſiccatur, & è multis foraminibus flatum fætidum aut exi guam aqvam efflat, ut ſæpe vidi & expertus ſum.*

§. 10. Sed ad Ætnam redeo, cui Dominicus Marius Niger *in ſuâ Siciliâ* populos ex Ætnâ ur be dejectos hoc nominis dediſſe putat. At verò Diodorus Siculus *l. XI. biblioth. hiſtor. c. 89.* ad

qvem

vem locum alludere Marius videtur, memo-
at Hieronem Catanenſibus & Naxiis è patria
jectis multisqve hominum millibus cùm ex Pe-
oponnesô collectis, tùm è Syracusâ adſcitis no-
as iſtis urbibus induxiſſe colonias & Catanam
nutatô nomine dixiſſe Ætnam. E qvibus utri-
qve verbis haud malè colligitur, urbem potiùs
monte, qvàm hunc ab illâ, nomen ſuum eſſe
nutuatam.

§. 11. Qvamobrem accedo potiùs ad ſenten-
iam Becmanni, qvi in ſuis originibus Latinæ
Lingvæ montem Ætnam ἀπὸ τοῦ αἴθειν hoc eſt
ab ardendo ſic appellatum eſſe ſtatuit, cujus ra-
io, cum qvodammodo montis ejus naturam
exprimat, optima videtur. Neqve deſunt, qvi
nomen hoc cum aſpiratione ſcribant. Et hanc
etymologiam approbat etiam Philotheus *in to-
pograph. Ætnæ* hoc epigrammate:

Dum mea perpetuis exardent viſcera flammis,
Opprimit exurens cætera membra gelu.
Hinc igitur qvoniam reſplendens ſemper & ardens
Hîc videor, ſumſi nomen, & Ætna vocor.

§. 12. Hodie Monte Gibello dicitur & con-
tractè Mongibello tanqvam à pulchritudine.
Serapio Birichen vocat apud Ortelium in the-
ſaurô Geographicô, Volaterranus *tomo 1. ſ. Geo-
graphic. l. 6.* Jnesiam prius eſſe dictam putat,
qvod nomen tamen, ſi Strabonem inſpiciamus,
urbi potiùs qvàm monti videtur fuiſſe qvondam
atatributum.

PENS.

Digitized by Google

PENS. II.

Ætna Situs, Forma, Moles, Aſperitas, Altitudo.

Summarium.

Sicilia triangularis. Italia qvondam non cohæ[...] Qvis Ætnæ ſitus. Cur unicus mons vocetur, [...] Seneca notatur. Ejus figura pyramidalis. Pr[...] verb. Ætnâ gravius. Ætnæum pro magn[...] Cantharus Ætnæus. Ætnæi fratres Cyclop[...] cur dicti. Ætna difficilis aſcenſus. Qvæ deprebenſa fuerit à variis altitudo. Arca Noachi in Ætnâ ſubſediſſe credita. Altitudinis cauſa. Vertex ſæpè imminutus. Montes ignem vel lumen à ſe ſpargentes longiùs videntur.

§. I.

Est autem ſedes hujus montis in Siciliâ, vel Si[...]cániâ, qvæ tribus in æqvor promontoriis ex[...]currens à triangulari figurâ variâ cognomin[...] ſortitur, à Græcis qvippe Θρινακίη, Τρινακ[...], Τριγωνος, Τριγλώχιν, Τριδειρος, Τριπλευρο[...] Τρικάρηνος, Τρίλοφος, (*Homer. Odyſſ. Dionyſ. orb. deſcr. Strab. l. 6. Orph. Argon. Lycophr. Martian. Heracl. Nonn. l. 2. & l. 6.*) à Latinis autem Trinacria vel Trinacris, Triſulca, Trifida, & Triqvetra dicta. (*Claudian. de rapt. Proſ. Ovid. l. 5. Metam. Lucret. l. 1.*)

§. 2. Eam Italiæ qvondam cohærentem poſtea ſuperioris maris impetu labefactatis terræ viſceribus impacti velut à corpore divulſam & angu[...]

anguſtô fretô fuiſſe diſciſſam non Poëtæ modò ſed graviores etiam Hiſtorici ac Geographi conſtanter aſſerunt. *Thucyd. l. 6. Strab. l. 11. Juſtin. l. 4. c. 1. Mel. de ſit. orb. l. 2. c. 7. Sol. Polyh. c. 11. Senec. conſ. ad Mart. Fazell. dec. 1. l. 1. c. 1. Virgil. l. 3. æn. Ovid. l. 15. Met. Lucret. l. 3. Sil. l. 14. Val. Flacc. 1. Argon. Claud. l. 1. de R.P. Stat. 3. Theb. aliiq.*) Qvorum tamen fidem Marianus Valgvarnera in libro de primis Siciliæ Italiæqve incolis haud contemnendis rationibus facit ſuſpectam, cui non abſentit hac in parte clariſſimus hujus inſulæ illuſtrator Phil. Cluverius. *c. 4. Siciliæ Antiqvæ.*

§. 3. In extremis igitur hujus inſulæ partibus, qvæ verſus Orientem vergunt, inter Pelorum & Pachynum haud procul à mari ſub 39. longit. & 38. latitud. gradu juxta Ptolomæum Ætna protuberat. Cujus infimas radices ab Aurorâ fretum Siculum, qvod abruptô promontoriô contingit, alluit, ad occaſum ſpectanti Adranum occurrit, omnesqve tractus qvi Sardiniam verſus protenduntur, ac ut ad ſeptentrionem Randatium oppidum, ſic ex adversâ parte Centuripini Zoticæqve campi ſubjacent.

§. 4. Cæterùm hunc montem cur unicum Meſſala & Valgius appellarint, cauſam reperire ſe non poſſe ſcribit Seneca *epiſt. 52. cum plura loca ignem evomant* (ſic enim ejus verba ſonant,) *non edita tantùm, qvod crebriùs evenit, videlicet qvia ignis in altiſſima effertur, ſed etiam jacentia.*

Veùm

Digitized by Google

Verùm ego non ideò putaverim, Ætnã unicum montem ab iſtis Autoribus inſignitum, qvòd nullus alius ignem evomat, ſed qvòd nullum aliúm montem habeat contiguum. Nam etſi plures in Siciliâ ſunt montes, & in his Eryx Veneri qvondam ſacer, Ætna tamen illis non jungitur, ſed, ut Bembus Cardinalis loqvitur *in dialog. de Ætnâ*, *caſtè intra terminos ſuos continetur cælebs, & nullius montis, niſi qvos viſceribus ſuis edidit, conjugium dignata.*

§. 5. Radices ſuas, ut ad formam accedamus, in orbem ferè deducit, (niſi ſicubi verſus orientem & meridiem promiſsô clivô paulatim extenditur) & cùm ſubinde ſe rotundô teretiqve corpore ſenſim extenuet, qvousqve in ſupremum cacumen deſinat, pyramidis ferè figuram repræſentat.

§. 6. Tantæ verò molis eſt, ut ejus gravitas in proverbium abierit. Unde Tullius *in Caton. maj. Senectus*, inqvit, *pleriſqve ſenibus ſic odioſa eſt, ut onus Ætnâ gravius ſuſtinere ſe dicunt.* Eundem in ſenſum & Euripides in Hercule furente:

Νεότας μοι φίλον ἄχθος, τὸ δὲ γῆρας αἰεὶ βαρύτερον
Αἴτνας σκοπέλων ἐπὶ κρᾶτι κεῖται, i. e.
Juventa gratum mihi onus eſt, at ſenium gravius
Ætneis cautibus capiti impendet.

Huc facit & illud Nazianzeni: σκοπέλων ἄχθεα Τρινακίων ſcopulorum Trinacriorum pondera.

Et

Et Rhodiginus *antiqvarum lectionum l. 11. c. 57.* obſervâſſe ſe ſcribit in libris autoritatis non dilutæ, qvòd Ætnæum ſæpe prò magnô ponatur. Inde Virgilio Cyclopes Ætnæos fratres dictos, putat, ob immanem nempe corporis ſtaturam, & Ætnæos cantharos apud Ariſtophanem in comœdia cui titulus *εἰρήνη* pro magnis interpretatur, niſi fortè, qvod addit, Ætnæi canthari dicti ſint ideò, qvòd Ætnæi eqvi præceleres & in currendi certaminibus inclyti haberentur.

Qvòd autem Virgilii locum attinet, intendere digitum videtur ad illud *3. Æn.*

Ætnæos fratres cœlo capita alta ferentes. Ubi ego veriſimiliùs putarem Cyclopes non tam à magnitudine, qvàm ab habitationis locô ſic fuiſſe nuncupatos.

§. 7. Neqve minùs aſper hujus montis aſcenſus proverbio locum dedit, ut Eraſmus *adag. chil. 4. cent. 4. adag. 39.* haud obſcurè probat ex loco qvodam Lucilii apud Gellium XVI. noct. Attic. c. 9.

Verum hæc ludus, ibi ſusqve deq; omnia fuerunt
Susqve deqve fuere, inqvam, omnia ludus jocusqve,
Illud opus durum, ut Setinûm acceſſimus fines,
Ut ajunt, montes Ætnæ omnes atqve aſperi Athones.

Sed qvàm difficile per Ætnam iter ſit, ex ſeqventi capite, cum ejus ab omni parte facies ob oculos ponetur, pluribus patebit, ad qvod an-

Digitized by Google

teqvam acceſſum faciamus, de montis hujus [al-]titudine venit aliqvid dicendum.

§. 8. In altisſimis utiqve montibus Ætn[am] omni tempore fuiſſe numeratam, ſatis conſt[at.] Polybius *l.1.* Erycem omnes Siciliæ montes al[ti-]tudine ſuperantem Ætnâ tamen minorem [a-]gnoſcit. Et Eupirides *in Cyclope* αἰτναῖον ὄχ[θον] ὑπέρτατον vocat. Huc facit, qvod Ætna Pi[n-]daro *Pyth. od. 1.* Κίων ὀυρανία h. e. columna c[œ-]leſtis audit. Ad qvæ verba Scholiaſtes Anon[y-]mus ita commentatur: Ἡ Ἄιτνη τὸ ὄρος, ἣν ὀυρ[α-]νὸν ὠνόμασε διὰ τὸ ὕψος ὑποστηρίζουσαν τὸν ὀυρανὸν id eſt, mons Ætna, qvam ſic dixit ob altitudi[-]nem, qva cœlum fulcit. Nec deſunt, qvi poſt diluvium Arcam Noachicam in ejus vertice pri[-]mùm ſubſediſſe credant. Qvorum opinionem ex Hygini mythologiâ natam conjicio, ſcriben[-]tis *c. 153.* Deucalionem & Pyrrham ex omni mortalium numerô poſt Cataclyſmum ſuperſti[-]tes in altisſimum Siciliæ montem Ætnam con[-]fugiſſe.

§. 9. Et Clavius qvidem ejus altitudinem geometricô ratiocinio perveſtigans 30000. paſſ. deprehendit. Maurolycus Abbas Meſſanenſis dialog. coſmograph. 3. affirmat, ſubjectum ma[-]re mediterraneum ad 200. mill. proſpici. Unde Snellius in Eratoſthene l. 2. c. 17. colligit 40. circiter ſtadia perpendiculi ſive 5. milliaria. *Detrahamus unum milliare*, verba ſunt Fromondi *l. 1. meteor. c. 11. art. 2. propter refractionem* (cu[-]jus

[...]is in orometriâ maximè ratio eſt habenda) & [r]emanebunt milliaria quatuor. Ac profectò quòd [m]ons ſit humilior, inde qvoqz colligitur, quod Snel[l]ius ab oculatis teſtibus cognoviſſe ſe dicat, fumum [&] favillas Ætnæas è portu Melitenſi, (qvi 40 mil[l]iaribus Germanicis inde diſtat) palam videri.

§. 10. Fazellus diligens rerum Sicularum [s]criptor Ætnam è remotiſſimis Calabriæ re[g]ionibus conſpici affirmat dec. I. l. 2. c. 4. Et pau[l]ò inferius aſcenſum Ætnæ, qva brevior at diſ[f]icilior via, 20000. qva longior ſed facilior 30000 paſſibus abſolvi, circuitum autem 100000 paſſus continere teſtatur. Et iterum paulò inferius, cum ſummum verticem deſcri[bit], hic Sol, inqvit, ſubter nos oriri viſus eſt, hinc [S]iciliam omnem contemplati ſumus, fretum & [u]niverſa Calabria ora adeò ſub oculis jacebant, ut [m]anu poſſe tangi viderentur. Et Bembus loc. [c]it. Ætna quanta eſt, inqvit, nemo ſcit, qvi non vi[d]it. Brutia ora adeò ſub oculis jacet, ut eò poſſe te [t]rajicere pene jactu lapidis putes. Serenâ tempe[s]tate etiam Neapolitani tractus extimantur. Mons adeò altus eſt, Kircheri verba ſunt Mund. ſubt. l. 4. c. 7. ut ex eo univerſa Sicilia comprehendatur, imò in Africam qvoqve opportunô tempore viſus porrigatur.

§. 11. Uti verò nullum eſt dubium, qvin inſi[g]nem hanc & tot Scriptoribus celebratam altitudinem ejecti toties tantâqve copiâ cineres aliæqve materiæ nonnihil auxerint, ut ipſa ſupremi

Digitized by Google

montis facies oſtendit: ita qvoqve non eſt ne-gandum, excelſum illud & per longa maris ſpa-tia conſpicuum cacumen ignis violentiâ detrahi nonnunqvam, ac in ſe ſublabi. Noſtrô certè tempore multum ab altitudine priſtinâ deſcivit. Qvid verò noſtris? Jam olim Ælianus *var. hiſt. l. 8. c. 9.* & Seneca *epiſt. 80.* faſſi ſunt, Ætnæos apices multò longius olim navigantibus oſtenſos. Qvanqvam, ut Seneca dicto locô non malè judicat, ideò fortè longiùs olim Ætna navigantibus fuit in conſpectu, non qvòd altitudo montis deſederit, ſed qvod ignis evanuerit, & minùs vehemens ac largus efferatur, ob eandem cauſam fumô qvoqve ſegniore.

§. 12. Nimirum à longê majori ſpatiô conſpicua ſunt juga montium ardentium ac flammas à ſe ſpargentium, ut Iſaac. Voſſius *ad Mel. l. 3. c.* ex doctrinâ refractionum demonſtrat, & exemplô non ſolùm Phari, cujus faces à qvadruplo majore ſpatiô longiùs apparent, qvàm Geometricæ leges permittere videantur, ſed etiam Vulcani Qvitenſis in Peruvia comprobat, qvi, cùm flammas eructet, ab 80. leucis Germanicis videri poteſt, cujus tamen perpendicularis altitudo unius leucæ Germanicæ menſuram non excedat. Et addit, ſi Solis inſtar montem aliqvem fulgere contingeret, eum à trecentis aut qvadringentis leucis conſpicuum futurum.

PENS.

PENS. III.

Tres Ætnæ plagæ ſeu regiones earumque facies.

Summ.

Ætnam aſcendere qui auſi fuerint. Imæ regionis amœnitas & fertilitas. Proverbium: Ætnam Venator. Proſerpinæ raptus ubi contigerit. Mediæ plaga nemoroſa horrida aquis deſtituta. Suprema terribilis ex omni parte aſpectu. Solis facies qualis ex Ætnâ videatur. Ex qua materiâ conſtet.

§. I.

NEque tamen Ætnæ vel aſperitas vel altitudo curioſis impedimento fuit, quò minùs aſcenderent, & montis hujus miracula propiùs intuerentur. Superiore namque ſeculô circa annum Chriſtianum 1537. Petrus Bembus Cardinalis Ætnæum barathrum introſpexit, & montis ejus incendia tanquam manu palpavit. Idem jam ante Bembum auſus fuerat Philotheus de Homodeis annô poſt Chriſtum natum 1533. Nec his quicquam conceſſit Thomas Fazellus, qui annô 1541. ſimili diligentiâ montem hunc perluſtravit; Quorũ ſtudium hoc noſtrô ſeculô Clariſſimus Cluverius & laborioſiſſimus mundi ſubterranei ſcrutator Kircherus pari felicitate nec minore nominis famâ ſunt imitati. Horum igitur ductu nobis etiam Ætnam conſcendere licebit, ejusque faciem ſi non oculis, tamen animo,

Digitized by Google

ſi non pari cum gloriâ, minore certè cum pericu lô contemplari. Seqvemur autem ordinem apud Siculos Scriptores obſervatum, qvi mon tem in tres diſtinctas plagas pedemontanam nemoroſam & apertam (ita namqve vocant) di ſpeſcere conſveverunt.

§. 2. Pedemontana regio à Catanâ & litora li orâ per 12. paſſ. mill. ad cœnobium usqve D. Nicolai de renis nuncupatum attollitur. Et h montis radices tophaceis qvibusdam colliculis ſuſpenſæ freqventibus pagis & oppidis nobili tantur. Hîc uberrimæ paſſim ſegetes & nus qvam felicior terrarum in gramina luxuries. Tantam ſanè Cluverius amœnitatem & fertilita tem in hac montis orâ, qvantam nullibi depre hendiſſe ſe ſcribit. Qvam Bembus etiam com mendat, qvi hanc Ætnæ plagam Bacchô, Cere Palladeqve feracem, armentorum autem ſupra qvàm credi poſſit, feracisſimam oculatus teſt affirmat.

§. 3. Imò jam ante Bembum Ariſtoteles *de admirand. auſcult.* Plutarchus *natur. quæſt.* Dio dorus Siculus *l. 6. rer. ant. c. 2. & cum his* Carda nus *de var. rer. l. 1. c. 4.* memoriæ prodiderunt Ætnæos campos tantâ florum copiâ fuiſſe veſti tos, ut odorum fragrantiâ naturam ſenſus ſupe rante canes ibi feras indagare non potuerint. Unde Cœlius Rhodiginus *l. 14. c. 20. A. L.* ſcit admodum & doctô proverbiô Ætnæum vena torem dici putat, qvi feras irritô conatu perſe

qvitur

pitur, & inanis regreditur, non qvòd aut ne-
iorum aut ferarum indiga ſit regio, ſed qvòd
orum copia canum ſagacitatem confundat.

§. Cum igitur tam florida ſit hæc montis re-
io, Proſerpinam etiam in hiſce pratis legiſſe flo-
es ferunt, cùm à Plutone raperetur, juxta Dio-
orum Siculum locô citatô. Cui conſentit Hy-
inus qvi c. 146. non alibi Proſerpinæ raptum
ontigiſſe ſcribit. Qvo facit illud Auſonii:

Qvalis floricomâ qvondam populator in Ætnâ
Virgineas inter choreas Theoida raptam
Suſtulit emerſus Stygiis fornacibus Orcus.

§. 5. Neqve verò florum ibi ſumma tantùm
bertas, ſed variæ qvoqve paſſim arborum ſpe-
ies & ad umbram creſcunt & ad fœcunditatem,
aſſim arva pingvia circumjacent, paſſim vi-
ta, paſſim tractus adeò pabuloſi protendun-
r, ut pecuariis, niſi freqventer ſangvis ex au-
ibus trahatur, ipſa ſatietas ſit periculo. Qvam
ecunditatem ipſa promovent incendia, ut ſuô
ocô dicemus. Præterea, qvod omittendum
non eſt, amœni fontes hîc & rivuli proſiliunt,
ut Plinius etiam *l. 2. nat. h. c. 103.* inter naturæ
miracula recenſeat *exilire fontes in Ætna radici-
bus flagrantis in tantum, ut ad centum & qvin-
qvaginta paſſuum millia arenas flammarum globus
eructet.*

§. 6. Has verò delicias medii montis regio
nemoroſa dicta non exiguô compenſat horrore.

Digitized by Google

Qvæ denſiſſimis veſtita nemoribus in multa hinc inde voragines triſti cinerum lapidumq; congerie qvaſi coronatas dehiſcit, è qvibus olim igneos torrentes effluxiſſe veriſimile videtur. Et qvanqvam etiam in hac montis parte jucundi qvidam & fertiles terræ tractus occurrunt, plurima tamen hujus montis pars horrida eſt. & ſummâ qvoqve fontium penuriâ laborat. Qvam tamen aqvæ liqvatis è nivibus manantes utcunqve mitigant. Qvarum dulcedinem & jactabundus ille Cyclops Galateæ ſuæ fugienti commendat apud Theocritum *id. XI.*

Ἐντὶ ψυχρὸν ὕδωρ, τό μοι ἁ πολυδένδρεος Αἴτνα

Λευκᾶς ἐκ χιόνος ποτὸν ἀμβρόσιον προΐητι.

§. 7. Tandem ſuprema montis regio ſeqvitur, extremis frigoribus rigens, ut teſtis eſt Fazellus. Qvi cum eam per aliqvot millia paſſuum eſſet ingreſſus, à fronte montem aliqvem ingentem velut Ætnæ qvandam progeniem oſtendit, aſini dorſum lingvâ patriâ monticolis vocatum, unde per duo milliaria falcatô tamen itinere progreſſo mons alter à lævâ impendens apparuit. Et hic in valle qvadam paululum conqvievit, donec tandem ipſum jugum invaſit & tandem magnô cum labore, partim ſalebris impedientibus, partim retardantibus arenis, verticem, è qvo liberrimus in omnem Siciliam proſpectus, ſuperavit. Et peculiare qvidem aliqvid eſt, qvod Ælius Spartianus in Cæſaris

Digitized by Google

Adriani vitâ commemorat, *poſt*, inqvit, *in Siciliam navigavit, in qvâ Ætnam montem conſcendit, ut Solis ortum videret, arcus ſpecie, ut dicitur, varium.* Ad qvæ verba Caſaubonus in notis, evidentisſimam, ait, eſſe rationem, cur è cacumine præcelsôrum montium ortus Solis & aliorum ſiderum citiùs videantur. Adducit & ſimile qvid de monte Caſſiô ex eodem Spartiano. Subnectit autem etiam ex Procopiô exemplum montium inſulæ Thules, qvibus conſcenſis incolæ ſoliti fuerint futuram Solis κατάλαμψιν prædicere. Cæterum per arcum intelligit Spartianus dubiô procul cœleſtem. Nempe pro qvalitate, denſitate aut raritate nubium, qvæ inter ſpectantis oculos intercedunt, & Solem, cum jam ſupra horizontem incipit aſcendere, varii apparent colores diverſimodeqve adeò oculis noſtris illuditur, ut Caſaubonus eodem locô annotavit.

§. 8. Cæterùm hic vertex perpetuis incendiis detritus & omnibus nemorum deliciis viduatus nihil præter pumicum tumulos, aſpectuqve fœdam omnis generis confluviem oſtendit. *Superior montis pars*, ſunt verba Bembi, *variam faciem oſtendit. Alibi ſemiberboſi tractus ſunt interſurgentibus tophis, qui etiam in pedemontanâ regione paſſim viſuntur, alibi per ſumma ora exundans incendium ſaxis fluentibus totas plagas occupavit, alibi arenarũ campi magnam in longitudinẽ & latitudinem extenduntur.* Kircherus con-

 frago-

fragoſam verticis materiam nihil aliud eſſe vi-
deri putat, qvàm incompoſitam inqve ſe ſu-
ſpenſam cinerum, pumicum lapidumq; molem;
cum nihil ibi, qvàm clivorum & combuſtarum
rupium cadaveroſa qvædam facies (ſic enim lo-
qvitur) pumiceis carbonibus & liqvefactorum
mineralium qvisqviliis vel excrementis ſqvali-
da videatur.

PENS. IV.

Crateres Ætnæ.

Summ.

Crateris Ætnæi majoris & inde prorumpentium incendiorum deſcriptio. Ignei torrentes à Bembo delineati. Virgilius excuſatus in deſcriptione portûs. Crateris amplitudo pro diverſis temporibus varians. Ejus mutationis cauſa. Plures Ætnæ cratteres. Locus Lucretii & Longini. Ætnæ crateres deſcribuntur à Solinô, Cluverio, Cardano, Bembô.

§. I.

NEc horrore ſingulari caret, qvòd in hac ſupremâ montis regione multæ profundæ voragines & ad intimas abyſſos exporrectæ nivibus & cineribus teguntur, qvibus inconſultiùs appropinqvantes abſorbentur. Qvarum cum ſit formidabilis aſpectus, longè tamen formidabilior hiantis in mediô crateris eſt facies, qvi *arduo introrſum clivo*, ut Kircheri verbis eum

mihi

hi depingere liceat, *in Tartara ſe usqve angu-
ſtus, viſu horribile præcipitium flammis fumô tum
imô, tum ex lateribus, cum horrendô mugitu to-
nitrui non abſimili erumpentibus adeò formidan-
um, ut vel ipſa imaginatio jamjam inſtantis ignis
ruinæ neminem qvantumvis audentiſſimum ac
intrepidum non primô ſtatim occurſu conſternat,
atqve à qvodam velut infernali barathrô avertat.
Vorago tam profunda eſt,* addit capite ſeqventi,
ut omnem viſum fugiat. & , qvod addit paulò
poſt, *nunqvam ſine fremitu & mugitibus eſt, qvos
tàm horrendos edit, ut vel ipſum montem treme-
faciant.*

§. 2. Audiamus & Fazellum. *Tandem ſupe-
ratô vertice*, inqvit, *in ſpondâ conſedimus. Ibiq;
imprimis* planities qvædam arenis paſſim ſtra- ,,
ta, crebrisqve interſecta rimis, è qvibus ex- ,,
ilis fumus exibat, eſt oblata. In cujus mediô ,,
hiatus maximus & vorago ingens ambitu p. ,,
m. ferè 4. patet, qvi ſuperiori ore latiſſimus ,,
paulatim ad fundum uſqve ſe coarctat. Ex eo ,,
nebuloſâ incendia tanta exhalabant, ut ab in- ,,
teriori aſpectu impediremur. Cæterùm cum ,,
ea non continuè, ſed per intervalla qvædam ,,
erumperent, captatâ interſtitiorum occaſio- ,,
ne reptantium more ad crateris labium pro- ,,
lapſis profundiùs intuendi copia fuit. Nihil ,,
autem ibi tum qvidem præter horrendam vo- ,,
raginis formam & latera ejus exeſa ac diver- ,,
ſis rictibus ignivomis depicta & ſulphureâ in- ,,
cruſta-

Digitized by Google

„ incruſtatione delibuta cernere potuimus.
„ Cum verò renovatum incendium vires reſumſiſſet, inter fumum ipſas flamas modò craſſas modò puras expirari animadvertimus. Sed remiſſâ poſt materiâ calgineqve ceſſante iterum intentius & oculis & auribus in hiatum demiſſis ſimul atqve inſtar immenſæ ollæ igni maximo appoſitæ ſubterraneum in eo ſonitum ebullientesqve fervores & gementes intus cavernas percepimus, timor ſimul nos horrorqve adeò vehemens invaſit, ut veluti jamjam diſſipandi repentè ora retulerimus.

§. 3. Ex hoc igitur cratere modò fumus, modò favillæ, modò flammarum globi, modò cineres, modò cujusqve generis mineralia, metalla & lapides egeruntur. *Favillæ ad Catanam usqve fervente perveniunt; fragor ad Maronem & Gemellos colles auditur* juxta Plinium *l. 3. c. 8.* Eleganter, ut ſolet, Barclajus *lib. 2.* „ *Argenis* *altiſſimus*, inqvit ille, *Siciliæ mons nativô* ſulphure receptôqve in viſceribus ventô exæſtuans impatientem cuſtodiæ flammam per hiantis ruinas cacuminis attollit. Neqve qvotidianis ignibus furit hic apex. Sæpiſſimè ater fumus eſt per longa volumina cœlum inficiens, favillas interdum aſpicias huic caligini miſtas. Rarius deniqve ſeipſo citatior turbo proruentibus flammis regionem fœdè pervaſtat. Qvippe ſpiſſiſſimus ignis è ſummo manans cacumine torrentibus vehitur illis deorſum

ſum exigitur, in permitiem trahens, qvicqvid occurrerit. Tum verò graviora qvàm e cœlô tonitura audiuntur, & populis terror, ne qvanta eſt Ætna ſe ſolvat, obruatqve Siciliam. Nec minore qvàm pro tumultu prodigiô ſaxa ingentia ex montis viſceribus hoc tormentô in campos mittuntur. Adhuc fuligine plena ſunt, totoqve colore indicant ab incendiô ſe venire. Cinerum deinde tanta vis ab igneô jugo, ut ad multa milliaria impetu primùm ſuô mox ventis circumlati obruant altè campos & deprehenſas ſegetes enecent. Ita ſaxis cineribus flammis non tantùm armenta hauriuntur vel caſæ paſtorum. Sylvam omnem hæc peſtis, qvacunqve inciderit, necat, tota oppida ſic interdum periêre.

§. 4. Illud autem in hoc prorumpentium per craterem ignium furore memorandum eſt imprimis, qvod interdum liqvefacti lapides & ex variis materiis liqveſcentes maſſæ velut ignei rivi deorſum feruntur omniaqve devaſtant. De qvibus ita Bembus: *Deſpumant flammis urgentibus ignei rivi*, pigrôqve fluxu totas delambentes plagas, Ii paulatim recedente calore priorem ſibi naturã repoſcentes in lapidem indureſcunt fragilem ſanè flammis enervantibus, & ſi contrectes, putrem. Stat ea conflavies velut glacies concreta, usqve dum alteri deſcendant rivi. Illi namqve non ſupra fluunt,

ſed

„ ſed inter montis arenoſam cutem & prio
„ concreta fluenta inſinuantes ſeſe curſum ſi
„ medium qværunt. Sic qvæ priùs induruerant
„ qvia friabilia ſunt, ut dixi, novis incendiis ca
„ dentia crepant & in partes disjecta proſiliunt
„ qvacunqve unda deurgens interfluit. Dein
„ de conglaciantem illam altera ſubit illuvies
„ atqve ipſa tantundem facit, tum altera item
„ & altera, non enim continuatô fluxu mons
„ ſed per intermiſſos ſpiritus eructatur: Atqve
„ ita noviſſimis ſemper vincentibus multiplica-
„ tôqve in immenſum incendiô ex igneis flumi-
„ nibus fracti lapides altisſimè congeſti ma-
„ gnam montis partem occupant, atqve ii
„ qvò recentiùs fluxere, eò nigriores ſunt & fir-
„ miores, ætate putreſiunt & reſolvuntur. In-
„ de ego arenarum plagas eſſe exiſtimo.

§. 5. Tali igneô torrente paulò ante Fazelli ætatem per aliqvot paſſuum millia devolutô Lognînæ portus, de qvo Maro *l. 3. æn:*

Portus ab acceſſu ventorum immotus & ingens
Ipſe, ſed horrificis juxta tonat Ætna cavernis,

Sic obrutus eſt, ut hallucinari Poëtam credas, qvòd ingentem portum dixerit, in qvo ne ſtatio qvidem hodie apparet.

§. 6. Illud autem de cratere libet addere, diverſô tempore diverſam ejus amplitudinem fuiſſe deprehenſam. Plinius 20. ſtadiorum, Kir-

Digitized by Google

[P]herus 12. milliarium ſpatium eum complecti ſcribunt. Alii majorem alii minorem ambitum ipſi admetiuntur. Nec in tantâ montis concusſione flammarumqve violentiâ fieri poteſt aliter, qvin hiatus modò ſtrictior modò amplior reddatur. Habet igitur hîc locum illud Fazelli *dec.l.2.c.4.* proteſtantis, ne qvisqvam ſua ſcripta legens reprehendat, ſi qva fortè cum Strabone, Pliniô vel aliis non conſentiant, cum hæc montis pars ob ignis violentiam crebris mutationibus ſit obnoxia.

§. 7. Qvas mutationes agnovit etiam Strabo *l.6. apparet*, inqviens, *extremas montis partes variè mutari propter ignis graſſationem, qvi modò colligitur in unum craterem, modò ſcinditur. Et paulò poſt: qvibus* accidentibus neceſſe eſt comitari etiam mutationem meatuum, qvi ſub terrâ ſunt, & nonnunqvam in ſuperficie plura aperiri ora. Qvi nuper Ætnam conſcenderunt, narravere nobis, in ſummô ſe campum æqvabilem 20. ſtadiorum circiter incluſum cinereo cuidam ſupercilio muri altitudinem habenti, & in hujus mediô collem & ipſum cinereum inveniſſe. Supra collem autem erectam aliqvam nubem ſtetiſſe ad 200. pedes *in altum ſe efferentem.* Hæc Strabo.

§. 8. E cujus verbis colligere licet, non modò crateris amplitudinem pro diverſis temporibus eſſe diverſam, ſed ipſum qvoqve numerum variaſſe. Et ſatis omninò conſtat, pro variis

tempo-

Digitized by Google

temporibus modò per plures modò per pauciores hiatus Ætnæos ignes erupiſſe. Lucretius certè non unius ſed plurium craterum meminit, cum ita canit *l. 6.*

In ſummo ſunt ventigeni (ita namqve Turnebus legit *l. 21. adverſ. c. 17.* cum antea legeretur: *in ſummô ſunt verticē enim*) *crateres, ut ipſi*

Nominitant, nos qvos fauces perbibemus
& ora;

Sic Longinus περὶ ὕψους c. 31. οὐδὲ τῶν τῆς Αἴτνης κρατήρων ἀξιοθαυμαστότερον νομίζομεν, ἧς αἱ ἀναχοαὶ πέτρους τε καὶ ὅλους ὄχθους ἐκ βυθοῦ ἀναφέρουσι, καὶ ποταμοὺς ἐνίοτε τοῦ γένους ἐκείνου καὶ αὐτοῦ μόνου προχέουσι πυρός. Vide Barthium in notis ad Claud. l. 1. R. P.

§. 9. Solinus duorum craterum meminit. *In Ætnâ*, ſcribit, *hiatus duo ſunt, per quos eructatus erumpit vapor præmiſſô priùs fremitu, qui per æſtuantes cavernarum latebras longô mugitu inter terræ viſcera devolvitur, nec ante ſe flammarum attollunt globi, qvàm interni ſtrepitus antecedant.* Totidem agnoſcunt etiam Philotheus, Cluverius, Cardanus & Bembus. Sed Philothei verba prolixiora ſunt, qvàm ut hîc poni mereantur. Cluverius fumum è duobus crateribus erumpentem ſe vidiſſe memorat ſerenô cælô candidiſſimum inſtarqve nubis. Et addit eodem locô, ſe lapides ex his crateribus ejectos per 6000. paſſ. ab utraqve Catanæ parte, maximè autem ad Catanam ipſum inveniſſe, ubi ſpe-

Digitized by Google

magnorum & aſperarum rupium fœdum inſeuntibus ſpectaculum præbuerant.

§. 10. Cardanus *lib. 2. de ſubtilit.* crateres iſtos deſcribit: *Ætnæ in Siciliâ montis famoſiſſimum eſt incendium. Crateres duo. Inferior in puteiformam anguſtus anguſtô labrô lapideô circumcingente. Superior verò ab imô funda jactu ſtat 40. habens in ambitu ſtadia, ad 100000. paſſus cineres circumqvaq; effundit, ſummâ caligine multa biduo offuſcans.*

§. 11. Hauſiſſe videtur hæc ex Bembô, cujus verba ita ſe habent: *In ſupremô crateres duo ſunt,* qvorum alterum inferiorem vidimus in putei rotunditatem anguſtum emiſſis velut geminâ ſpondâ circumqvaqve ſaxis. Atqve hunc lapidea planities anguſtô ambitu continet. Qvem ut primum inſcendimus, Sulphureis ſtatim nebulis & fœtenti fumô velut è fornace percuſſi ora pœne retulimus gradum. Mox increſcente audaciâ qva ventus perflabat paulatim ingreſſi craterem ipſum tetigimus manu. Effundebatur inde tanqvam ex caminô fumus non intermiſſâ exhalatione, is tamen etiam ſciſſâ per longa incendia montis cute ventis intus furentibus multis in locis exeundi faciebat ſibi viam! Interdum qvoqve repente ſub ipſis pedibus exiliens manere nos in locô non permittebat. Qvin etiam illud accidit, ut, qvem locum maximè contemplabamur, qviqve erat ſaxis nuper effuſis & ad-

 huc

Digitized by Google

huc ignem ac ſulphur retinentibus incruſta
tus, per hunc, qvâ parte conceſſerat in rima
ſubitò effluxerit igneus rivus, ac pedes ip
inter emiſſa ex rivo ſaxa urentia proſilire
Illa planities, de qva dixi, ita perurebat, ut a
motæ ſolo manus, niſi extemplo retuliſſe
offenderentur. Ab eo cratere mons p
fundæ jactum inſurgit aſcenſu difficillimo p
tim ſalebris impedientibus partim tardan
bus arenis, & clivus ſtatim etiam omnibus
partibus imminebat. Is univerſi corpo
vertex ſummus eſt, tanqvam in urbe
arx domina, ſic ille in montem promi
natur. Ab ejus inſcenſu detinuere nos po
tentiſſima vis ventorum & exhalantes fum
Urbanus Monachus, qvi paucos ante dies pe
ſummam tranqvillitatem totum vertice
perluſtraverat, ajebat, verticem illum ab in
genti cratere occupatum ambitu circiter 24
ſtadiorum, & eum non usqve in imum deſcen
dere eodem hiatu, ſed alvum ſibi intus pau
latim aſtringere eatenus, qvatenus in ejus me
diô ad evomenda montis excrementa ſat
amplô ore foraminatur. Tum eſſe in ſumm
montis coronâ parvum tramitem, ubi pede
firmentur, ex ea ſi qvis declinaverit, aut i
cratere obrui, aut è monte deturbari. Stetiſ
ſe tamen ſe ibi, dum barathrum exploraret.
Eructâſſe tum montem magnô ſtrepitu in
cendia caliginoſa & urentes petras ſupra o

qvad

Digitized by Google

qvantum ſagittâ qvis mitteret, inſurgentes, atqve eum velut corpus vivum non perſtitiſſe ſemper, ſed emiſsâ ſemel animâ ceſſâſſe. Sinutule dum reſpiraret, tum ſe copiam habuiſſe intuendi qvæ vellet, mox reſpirâſſe iterum atqve iterum pari intervallô. Interea gemere intus cavernas auditas, intremere etiam tonitru montem ſub pedibus magnô & formidoloſô iis qvi aderant horrore. Et inferius: *pleno jam partu maturior omnis fœtus, qvicunq; in Ætnæ matris uterô coaleſcit, niſu parientis expellitur & ejectatur; qvacunq; prius rimam invenerit, aut viam ſibi paraverit vi ſuâ. &c.* Hæc ex Bembo prolixius adducere non piguit, qvod ex ejus ſcriptis vix aliqvod venuſtius habeamus. Cæterum nonnunqvam etiam qvatuor vel plures hiatus ignis ſibi violentiam aperuiſſe in hiſtoriis eſt annotatum.

PENS. V.

Inſigniora Poetarum de Ætnæ incendiis loca.

Summ.

Locus Pindari cum Virgilianô comparatus. Virgilius à Grammaticorum qvorundam calumniâ vindicatus. Summum in Virgilianis verbis artificium & pondus aſſeritur. Qvis ſit Autor Carminis de Ætnâ. Aliorum Poetarum loca.

Digitized by Google

§. 1.

NUnc adducam inſigniora loca, qvibus Poetæ faciem ardentis Ætnæ depinxerunt. Ac è Græcis qvidem ita Pindarus *Pyth. od. 1,*

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαὶ, ποταμοὶ
δ' ἁμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
αἴθων', ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν πόντου φέρει πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ' Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει. Τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι, θαῦμα δὲ καὶ παρεόν-
των ἀκοῦσαι.

Qvos verſus ita Latinè reddidit Petr. Moſellanus: à qva ſanè eructantur inacceſſi ignis puriſſimi ex imis fontes. Flumina verò interdiu qvidem inundant fluctum ferventem fumi, at per noctes punicea proglomerata flamma petras ad profundum fert ponti ſolum, cum ſtrepitu illa Vulcani fluenta ſerpentia emittit ſæviſſima, monſtrum profectò cum viſu tum auditu mirabile.

§. 2. Non paulò elegantiùs Virgilius *3. æn.*

– – ſed horrificis juxta tonat Ætna cavernis,
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceò & candente favillâ,
Attollitq; globos flammarum & ſidera lambit.

Inter-

Interdum ſcopulos avulſaq; viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaq; ſaxa per auras
Cum gemitu glomerat, fundôq; exæſtuat imô.

Qvem Virgilii locum cum illô Pindari comparans Euſtachius apud Macrobium *l. 5. Saturn. c. 19.* judicat, Virgilium Pindari carmen æmulatur um ejuſmodi ſententias & verba moliri, ut ipſo qvoqve Pindarô, licet opimæ facundiæ Poetâ, tumidior ac inſolentior videatur.

§. 3. Nam in principiô Pindarum obſervatâ veritate dixiſſe, qvod oculis deprehenditur, interdiu fumare Ætnam, noctu flammigere. Virgilium autem in ſtrepitu ſonituqve verborum conqvirendô laborantem utrumqve tempus nullâ diſcretione factâ confudiſſe, & *ῥόον καπνοῦ αἴθωνα* interpretari volentem *atram nubem turbine fumantem piceô & candente favillâ* immodicè congeſſiſſe, *globos quoque flammarum*, qvos ille *κρουνοὺς* dixerat, duriter & *ἀκύρως* poſuiſſe, hoc item inenarrabile eſſe, qvod nubem atram fumare dixerit turbine piceo & candente favillâ, cum candentia neqve fumare ſoleant neqve atra eſſe, niſi forte *candentem* dixerit pervulgatè & impropriè pro fervente. Qvod autem ſcopulos eructari dicat, & erigi eosdemqve ſtatim liqvefieri, & gemere atqve glomerari ſub auras, id nec à Pindarô ſcriptum neç unqvam fando auditum, ſed omnium monſtrorum eſſe monſtroſiſſimum. Similis eſt apud Gellium l. 17. c. 10. noct. Att. cenſura Phavorini, qvi & illud

Digitized by Google

illud addit, qvod Virgilius dicat, *Sidera lambit*, excanter ac inaniter accumulatum eſſe.

§. 4. Qvibus haud malè Turnebus *l. 20. c. 19. Adverſ.* reſpondet, nihil minus Virgilium cogitâſſe, cum hos verſus ſcriberet; qvàm ut Pindarum imitari vellet; ſed ipſum potiùs rei veritatem & Lucretii poëmata ſecutum, Pindarum autem gravitate longè ſuperâſſe. Nec enim conveniebat, qvod benè monet Naſcimbænius in dictum Virgilii locum, ut Heroicus Lyrici vatis imitationem affectaret. Prolixiùs Poetarum principem à Græculorum calumniis vindicat Pontanus in Antonio, emphaſinq; verborum & artificium in Virgilianis verſibus luculenter ſatis oſtendit, à qvo Virgilii defenſionem mutuatur etiam Hortenſius. Præter Pontanum etiam Scaliger *rerum poëticarum l. 5. qvi inſcribitur Criticus c. 4.* Virgilii cauſam contra Phavorinum & Euſtachium optimè agit. Nos ex utroqve, qvæ maximè videbuntur huc facere, velut in compendium tracta breviter apponemus.

§. 5. Ac primò qvidem arguitur Virgilius, qvod diem noctemqve confuderit ſecus ac Pindarus. At verò rectiùs Maro fumum & flammam conjunxit, in alterâ verò parte liqvefacta ſaxa poſuit, cum fumum & flammam Ætna ſimul fundat, etſi noctu flamma, interdiu fumus, magis apparere ſoleat. Deinde Poëtam reprehendunt, qvod *ῥόον καπνοῦ αἴθωνα* interpre-

 pre-

pretari volens atram nubem turbine fumantem piceô & candente favillâ dixerit, cum atra non candeant. Atqvi ſatentur ipſi, candens idem eſſe qvandoqve qvod fervens. Qvòd autem ſignificationem iſtam impropriam & pervulgatam eſſe dicunt, in hoc ſibi contradicunt ipſi, cum, qvod uſu pervulgatum eſt, improprium non ſit, ut taceam, qvod apud Ciceronem utraqve ſignificatio reperitur, & candoris vox à luce magis qvàm ab albedine dicatur. Et eâdem deniqve ratione candens favilla cum piceâ nube cohærere poteſt intelligi, qvâ Pindaricus ille fumus *αἴθων*.

§. 6. Tertium obtrectationis caput eſt, qvòd κρουνοὺς Pindaricos minus rectè per flammarum globos expreſſerit. Qvaſi verò Pindaricos verſus exprimere voluiſſet, & flammarum volumina prolabenti fluvio qvàm implicatarum rerum globis eſſent ſimiliora. Scilicet impetus prorumpentis flammæ non poteſt perpetuô tenore oppoſitum aërem, in qvem ſubit, ſcindere, ſed per repreſſionem convolvitur. Qvod autem in qvartô criminationis loco poſitum eſt, qvovis portentô ac prodigiô incredibilius videri, qvòd Ætna ſcopulos avulſaqve viſcera montis erigat eructans, id ipſâ ſatis experientia, multorumqve probatorum Autorum, qvi ſuis oculis ejectas ex Ætnâ moles viderunt, teſtimonium refutat. Tandem & illud immeritò carpitur; qvòd Virgilius dixerit: *ſidera lambit*. O-

Digitized by Google

omnino enim linguæ vibrationi flammæ modus eſt perſimilis. Et ſi Ætna columna cœleſtis eſt, ut Pindarus eam certè nominat, neceſſe ſanè eſt, flammas inde prorumpentes non lambere modò ſidera, ſed etiam penetrare.

§. 7. Tantum ergo abeſt, ut hæc Æneidos Virgilianæ pars abſurda vel Poëtæ gravitate ſit indigna, ut potiùs ſummum inſit verbis artificium & pondus, qvod cuilibet, qvi paulò penitiùs illam expenderit, erit manifeſtum. *Horrificis*, incipit, *juxta tonat Ætna ruinis.* Rem auditu viſuqve mirabilem expoſiturus aures primùm movet. Parùm videri poterat, ſi qvalemcunqve ſonitum aut fragorem edi dixiſſet. Dixit ergo *tonare* montem, & qvidem, ut cauſam illius tonitru leviter attingat, *ruinis*, & iis qvidem, ut admirationem augeat, *horrificis*. Conveniebat autem, ut, qvi tonitribus aures impleverat, oculis atram nubem & piceum turbinem & ex dehiſcente nube prorumpentes flammas ſubjiceret. Pergit ergo:

Interdumqve atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo & candente favillâ,
Attollitqve globos flammarum & ſidera lambit.

Prorumpit nubem, inqvit, ut æſtuantis Ætnæ violentiam ſignificet, & qvidem non in aërem, ſed *ad æthera*, ut nimirum impetum abſolvat. Sed ut admirationem eò magis augeat, adhuc altius

tius exurgit, & fulmineos etiam lapides adjicit:

Interdum ſcopulos avulſaq; viſcera montis
Erigit eructans liqvefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat fundoq; exæſtuat imô.

Omnia prudentisſimè. *Interdum*, nec enim ſemper id contingit &: *cum gemitu*, qvia tanta ebullitio & pugna illa intra cavernas ventorumqve ac concepti ignis violentus & præceps exitus absqve gemitu fieri neqvit, &: *erigit eructans*, qvia ruptis caminis effractisqve clauſtris igne ventô vaporibus, qvæcunqve obvia ſunt, in altum tolluntur, & cùm dicit: *glomerat*, oſtendit pugnam confligentium corporum, & cum dicit: *viſcera* &: *liqvefacta*, &: *avulſa* deſignat cùm ingentiſſimam vim ventorum, tùm qvòd flammarum eſt excoqvere & liqvefacere, tùm qvod materia ipſo monte continetur ac illîc generatur. Tandem concludit: *fundoq; exæſtuat imô*, qvoniam cum ultra, qvô progrederetur, non haberet, in audientium animis, qvæ non viderentur, cum admiratione cogitanda relinqvere volebat. Qvæ omnia ſi cogitaſſent illi ſcioli, ſuas in Virgilium ineptias haud effutîſſent, nec Divinam ejus Poëſin tàm malignè ſuggillâſſent.

§. 8. Sed alia nunc etiam Poëtarum attingenda ſunt loca, qvibus Ætnæorum ignium tempeſtates graphicè depingunt. Et peculiare qvidem de Ætnâ carmẽ circumfertur, cujus hoc initium:

Ætna

Digitized by Google

Ætna mihi ruptiq; cavis fornacibus ignes,
Et quæ tam fortes volvant incendia cauſa
Quod fremat imperium, quid raucos torqueat æſtus
Carmen erit.

Qvod poëma licèt aureis Maronis operibus ſoleat accenſeri, lyncéa tamen illa & aqvilina Criticorum acies jam diu pervidit, latere in iſtô nimbô Deum aliqvem minorum gentium Poëticum, qvæ verba ſunt Clariſſimi Taubmanni *in proœm. culic. Virgil.* Et Joſephus qvidem Scaliger, qvi carmen poſt Tiberii tempora cultius ad nos perveniſſe nullum judicat, Autorem ejus facit Cornelium Severum, cui Taubmannus & ingens literatorum agmen conſentit. At Julius Cæſar Scaliger Qvintilio Varo Barthius *l. 49. adverſar. c. 5.* Manilio carmen hoc aſſignat. Qvod cùm in omnium manibus verſetur, non eſt ut id exſcribamus.

§. 9. Elegans extat prætèrea de Ætnâ Lucretii locus *l. 6.* & Ovidii *l. 15. metam.* Sed cum illa loca cauſam incendiorum magis qvàm hiſtoriam exponant, inferius ea producemus, cum ad cauſas erit perventum. Nunc in hiſtoriâ tantùm ſumus occupati. Superioribus ergo Poëtis jungimus adhuc Silium & Claudianum. E qvibus ita Silius *l. 14.*

Aſt Ætna eructat tremefactis cautibus ignes
Incluſi gemitus pelagiq; imitata furorem,
Murmure per cæcos tonat irreqvieta fragores,
Nocte

Nocte dieq; ſimul, fauce è Phlegetbontis at atrô
Flammarum exundat torrens, piceâq; procellâ
Semiambuſta rotat liquefactis ſaxa cavernis.

Claudianus autem ita *L. 1. de R. P.*

Ætnæas apices ſolô contingere viſu.
Non aditu tentare licet, pars cætera frondet
Arboribus, teritur nullo cultore cacumen.
Nunc vomit indigenas nimbos, piceâque gravatum
Fœdat nube diem, nunc motibus aſtra laceſſit
Horrificis, damnisq; ſuis incendia nutrit.

PENS. VI.

De Nivium in Ætna cum flammis commercio.

Summ.

Locus hîc de re Silii & Claudiani, ut & Pindari. Gaſſendus nives in Ætnâ negat. Cui contrariatur autoritas non ſolùm adductorum Poëtarum, ſed etiam Strabonis, Plinii, Senecæ, Solini & oculatorum teſtium Fazelli, Bembi, Philotbei, Kircheri, Schotti. Refelluntur, quæ poſſunt objici. Montis Ætnæ altitudo non eſt ſupra medium aëris regionem. Voſſii de nivibus altiſſimorum montium ſententia. Cur in montibus Zonæ torridæ ſæpè ningat, nunquam pluat. Nives in Ætnâ non hiemantur, niſi cum incendia profundiſſima ſunt aut præterita.

§. 1.

Mirum autem eſt, qvod addit Claudianus:

Sed

Sed quamvis longô flammarum exuberet æſtu,
Scit nivibus ſervare fidem, pariterq; favillæ
Dureſcit glacies tanti ſecura vaporis
Arcanô defenſa gelu, fumôq; fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

Idem nimirum addiderat etiam Silius:

Sed quamvis longô flammarum exæſtuet intus
Turbine & aſſiduè ſubnaſcens profluit ignis,
Summô cana jugô cohibet, mirabile dictu,
Vicinam flammis glaciem, æternôq; rigore
Ardentes horrent ſcopuli, ſtat vertice celſô
Collis hyems, calidâq; nivem tegit atra favillâ.

Qvo pertinet, qvod & Pindarus Ætnam νιφόεσσαν & χιόνος ὀξείας τιθήνην appellat.

§. 2. Hæc Poëtica qvibusdam videntur & fabulæ qvàm veritati propiora. Sanè Gaſſendus *in Philoſophiâ Epicuri* cap. de calor. ſubterr. perſvadere ſibi non poteſt, Ætnæum verticem nivibus caneſcere, cum flammas evomat. Putat ergo, licèt Ætnam procul intuenti vertex appareat caneſcere, canitiem tamen illam eſſe forſan ex circumfuſis cineribus, præſertim cum ii, qvi Ætnam propiùs acceſſiſſe à Strabone memorantur, retulerint, ſe non nivem, ſed cinerei coloris collem vidiſſe, & pedes qvoqve in cinereô tumulô poſuiſſe.

§. 3. At verò non Poetæ ſolùm, ſed alii qvoq; Autores agnoſcunt in Ætnâ nives. Nam & ipſe *Strabo*, qvem pro ſua ſententiâ Gaſſendus adducit, expreſſè teſtatur, in Ætnâ nives hyemare.

Id

Digitized by Google

Id confirmat Plinius *l. 3. c. 8. nat. hiſt. Ætna nivalis*, inqvit, *hibernis temporibus egeſtumq; cinerem pruinâ operiens.* Unde Seneca *in ep. 80.* ad Lucilium ita ſcribit: *ſed reſervemus iſta tunc quæſituri, cum Tu mihi ſcripſeris, quantum ab ipſo ore montis nives abſint, quas ne æſtus quidem ſolvit, adeo tutæ ſunt ab igne vicinô.* Magis id exaggerat Solinus, *Mirum*, inqvit *c. 11. qvòd in tantâ fervemtis naturæ pervicaciâ miſtas ignibus nives profert, &, licèt vaſtis exundet incendiis, apricâ tamen canities perpetuò brumalem detinet faciem. Ita invictâ in utroq; violentiâ nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore diſſolvitur.*

§. 4. Producam & teſtes oculatos. Ita namqve Fazellus: *Summa Ætnæ plaga totam per hyemen nivibus referta per æſtatem quoq; nullâ ſui parte nec canitie caret nec gelu.* Conſentit Bembus: *Nivibus*, inqvit, *mons per hyemem totus canet, cacumen nec æſtate viduatur.* Idem confirmat Philotheus *de Homodeis in topographiâ Ætnæ.* Ac, ut è noſtro qvoqve ſeculô teſtes adducam, inveniuntur ſimilia apud Kircherũ: *In ſummitate*, verba ejus ſunt, *nix & cinis æternum meditata conjugium omnia triſti & luctuosô vultu coopervuiſſe videntur.* Nec diſſentit Schottus *lib. XI. Phyſ. Curioſ.* mirab. meteor. c. 5. *Ætnæ cacumen ſummum perpetuis nivibus eſſe contectum ipſe ego ſum teſtis oculatus multorum annorum accola Catanæ ad ejus radices.* Aliorum adducere teſtimonia ſuperſedeo.

§. 5.

§. 5. Nec obſtat montis altitudo, qvò minùs apex nivibus caneſcat. Nec enim mediam aëris regionem ac ſtationem nubium excedit. Ut taceam, non abſurdam adeò videri ſententiam Voſſii ſtatuentis, craſſiores qvidem vapores ac in pluviam abeuntes ultra nubium convexitatem non attolli, ſubtiliores autem ultra nubium ſedem in frigidiſſimum aëris tractum evectos in nives ibi conſtringi, indeqve fieri, ut in altiſſimis montium jugis, etiam in zonâ torridâ, ſæpiſſimè ningat, nunqvam verò pluat, idqve æſtate pariter atqve hyeme, imò in æſtate eo magis, qvoniam tunc major eſt Solis attractio. Videatur Iſaac. Voſſ. *ad Mel. p. 93. 94.*

§. 6. Illud verò ingenia humana maximè torqvet, qvòd tanta ſit flammarum cum nivibus veluti familiaritas, ut planè, cum perpetuum ab aqvis nutrimentum accipiant, velut præſtiti beneficii memores cum nivibus amiciſſimè conſpirare videantur. Ego, tametſi nives in Ætnâ ſubinde conſpici facilè largior, illas tamen etiam in mediô incendiorum furore à flammarum violentiâ immunes eſſe ut ſtatuam, nullis rationibus adduci poſſum: Habent montium incendia ſuas velut inducias, ut notum eſt, & ſuo locô pluribus dicetur, qvarum fortè tempore nives in Ætnâ ſe oſtendunt. Deinde Ætna tantæ eſt altitudinis, ut, ſi in inferioribus tantùm partibus ignis ardeat, ſuprema montis regio nullum poſſit inde capere detrimentum. Fazellus, Philo-

theus

theus & Bembus, qvo tempore Ætnam inſcenderunt, eamqve nivibus contectam obſervarunt, nullum incendii niſi præteriti aut certè profundisſimi veſtigium ſenſerunt, tantum qvippe frigus perpesſi, ut vivi vix evaderent. Aut igitur Ætnæus ignis tum planè fuit extinctus, aut, qvod dicere malim, ultra inferiores partes non prorupit.

PENS. VII.

Hiſtoria incendiorum Ætnæ antè Romanorum Cæſarum Imperium.

Summ.

Ætnæ incendium tempore Janigenarum. Beroſus Annianus ſuppoſititius. Aliud incendium tempore Proſerpinæ, Herculis, Argonautarum, Æneæ. Sicani Ætnæ incendiis expulſi. Poſt Græcorum in Siciliam adventum qvoties arſerit. Pii fratres, eorum factum, patria, nomen, ſepulchrum, ſtatua. Lycurgi error. Empedocles Ætnæorum ignium obſervator. Ejus ædicula. Vulcani templum. Famane ſtudiô in Ætnam dederit ſe præcipitem Empedocles. Epigrammata Laertii. Incendium Ætnæ ſub Artaxerxe. Alia ſub diverſis Conſulibus Romanis.

§. I.

QVô verò tempore primùm Ætna cœperit ardere, vel qvoties arſerit, haud adeò præciſè conſtat. Kircherus in brevi ſuô Ætnæo-

rum

rum incendiorum chronicô, qvod habetur *l. 4. mundi ſubterranei*, primum illud ponit, qvod eo tempore contigerit, qvo Janigenæ novas colonias qvæſituri Siciliam ſunt ingreſſi. Tantûm enim ſcribit eo tempore fuiſſe montis incendium, ut coloni metu vaſtitatis inſulâ relictâ alias in Italiâ colonias qværſituri diſceſſerint commodam ſtationem minimè rati, qvàm naturæ truculentia tàm vaſtâ ſtrage formidabilem reddidiſſet. Autorem ejus rei citat Beroſum.

§. 2. Ubi primò noto, qvæ ſub Beroſi nomine circumferuntur ſcripta, non eſſe genuina celebris iſtius Chaldæorum Sacerdotis, ſed ſuppoſititia. Nam Annius qvidam Viterbienſis Monachus, cujus commentariis illuſtrata prodierunt, cum gloriam apud poſteros aucupari conaretur, ea figmenta ſomniavit, qvibus ut aliqvod pretiũ faceret, hunc ipſis titulum præfixit, ut in tantâ literarum luce nemini jam ampliùs eſſe poteſt obſcurum, cum præſertim, ut alia jam taceam, inſignem iſtum locum, qvem Joſephus adverſus Appionem ex libro tertio Chaldaicarum rerum Beroſi citat *lib. 1. contr. Appion. & l. 10. c. 11. antiqvit. Judaicar.* & qvem item Euſebius *l. 9. c. 4. de præparat. Evangel.* allegat, Annianus ille Pſeudo-Beroſus planè non attingat.

§. 3. In Annianis igitur illis commentis legitur qvidem, qvòd Italia qvondam tribus locis per multos dies arſerit, eaqve loca vocata fuerint à Janigenis Palenſana, h. e. regio conflagra-

Digitized by Google

ta. Factumqve dicitur id incendium circa Cymeos, Iſtrios & Veſuvios. Eorum autem, qvæ Kircherus de Ætnâ refert autoritatem Beroſi prætendens, nihil ibi me reperire potuiſſe fateor.

§. 4. Illud utiqve conſtat, jam antiqviſſimis temporibus Ætnam arſiſſe. Nam jam eo tempore, qvo Proſerpinam Orcus rapuit,

—— —— ter conſcia fati

Flebile terrificis gemuit mugitibus Ætna

juxta Claudianum *l.2.de Rapt. Prof.* & Carcinum veterem Tragicum, cujus inter alios hi ſunt verſus ex interpretatione Rhodomanni apud Diodor. Sic: *l.5.c.5. biblioth.hiſt:*

Ferunt qvòd alma Cereris olim filia
Sit fraudulentis rapta Ditis machinis,
Et nigricantes incidit terræ ſpecus,
Materq; perditam reqvirens anxiè
Totum vagata ſit per orbis ambitum.
Tum qva ſub Ætna collibus Trinacria
Igni ſcatet, globosq; jactat flammeos,
Ingemuit omnis &c.

§. 5. Seqvitur illud incendium, qvod in Argonautarum expeditionem incidit, de qvo ſic in Argonauticis ſuis Orpheus:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Λιλύβηον ἐπέχομεν ἠχέτα πορθμὸν
Τριγλώχινα τε νῆσον ἐπέχομεν Ἐγκελάδοιο
Αἰτναίη φλὸξ σφιν ἄρ ἐρηπύει μεμαῶτας.

Qvos verſus Kircherus ita redditos adducit:

At freta Sicaniæ tua jam Lilybaa tenentes

Æqvora ſentimus, flammasq́ per alta videmus
Ætnæi Enceladi nobis infeſta minantes.

Sanè & Fazellus refert *decad. 2. l. 1. c. 1.* Herculem, qvi ex Argonautarum numerô fuit, Siciliâ jam ſubactâ, cum Ætnæi ignis miracula conſpexiſſet, trajectô rurſus Euripô in Italiam ac mortuô deinde in Iberiâ Hiſpanô Nepote annô Alzaris 39. in Celtiberos reverſum.

§. 6. Inde poſt bellum Trojanum cum Siciliam prætern avigaret Æneas Italiam petiturus, iterum Ætnam arſiſſe teſtis eſt Virgilius, cujus verſus jam ſuperiùs ſunt adducti. At verò, cum omnes iſtæ hiſtoriæ fabularum involucris adeò convolutæ ſint, ut à falſis vera diſcernere ſit res haud exigui laboris, nos iis jam omisſis certiora perſeqvemur.

§. 7. Ac Diodorus qvidem Siculus *l. c.* memorat, Sicanos antiqviſſimos Siciliæ populos, cum antea totam inſulam obtinerent, & ex terræ cultu victum ſibi compararent, poſteà cum Ætna pluribus è locis flammas exhalaret, & multum ignis in vicinos tractus diffunderet, eosqve vaſtaret, metu ſub actos relictis vergentibus ad ortum plagis occaſum verſus transmigrâſſe.

§. 8. A Græcorum deinde in Siciliam adventu usqve ad Olympiadem 80. ter arſiſſe legitur apud Thucydidem *l. 3. belli Peloponneſ.* Sic enim habent ejus verba ex interpretatione Laurentii Vallæ: *per idem ver profluvium ignis ex Ætnâ monte Sicilia omnium maximô emanavit, qvemadmodum*

Digitized by Google

modum aliàs; & aliqvantulum ſoli Catanenſium corrupit ſub Ætnâ incolentium. Fertur autem hoc profluvium qvinqvageſimô à ſuperiore emanâſſe annô, ad ſummum verò ter extitiſſe, ex qvo Sicilia à Græcis incolitur.

§. 9. Primum ex his tribus incendiis qvando contigerit, non conſtat, cùm ejus tempus à Thucydide non ſit determinatum. Illud autem qvod ſuâ ætate emanâſſe ſcribit, incidit ſecundùm Euſebium Cæſarienſem in annum ſecundum Olympiadis 88. cum ſummum Athenis magiſtratum gereret Euclides, hoc eſt, in annum ante Chriſti in carne manifeſtationem 477. Ità ſupputat Cluverius, qvem hîc ſeqvi maximè volui. Nec multum ab eo diſcedit Calviſius in ſuo Chronicô.

§. 10. Fallor? an hoc incendium illud fuit, qvod commovit Agrigentinſi Philoſophum Empedoclem, ut hujus naturæ miraculi ſcrutandi causâ imperſcrutabilem ſe fecerit, qvippe qvi non procul à vertice teſtudinatam ædiculam ſibi conſtrui curavit ab omni hominum conſortiô remotam, Cujus vel hodiè rudera ſuperſunt, niſi lateritium illud vetuſtiſſimi fornicis veſtigium, qvod adhuc in Ætnâ reperitur, & Turris Philoſophi vocatur, pro templi Vulcanii reliqviis habere malis, intra qvod Æliano teſte de animal. l. 11. c. 3. ſacer & inextinctus ignis à canibus aſſervabatur, qvi piis & nullâ criminum labe inqvinatis ad fanum accedentibus adulari

Digitized by Google

benignèqve ſe gerere ſolebant, impios autem & omni ſcelerum contagiô pollutos latratibus infeſtabant, noxiisqve morſibus impetebant.

§. 11. Utut ſit, occaſionem certè præbuit Empedocles de ſe fabulandi, qvaſi, dum pro Deo coli voluerit, in Ætnæ voraginem dederit ſe præcipitem. Hôc modô ipſum è vivis ſublatum aſſerit Hippobotus apud Laertium de vit. Philos. l. 8. additqve alteram crepidarum, qvas æneas geſtarit, flammarum vi ſublevatam & ejectam conſilium ejus prodidiſſe. Pertinent huc illa Venuſini de art. poët. ad Piſon. circa finem:

——— ——— Siculiq; Poëtæ
Narrabo interitum. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit. ——— ———

Hos autores ſecutus Lactantius, *Empedocles*, inqvit, *in ardentis Ætnæ ſpecum intempeſtâ nocte ſe dejecit, ut, cum repentè non apparuiſſet, abiîſſe ad Deos crederetur.* Eodem alludit Hieronymus: *Empedocles per ſuam Philoſophiam ne dicam Melancholiam Ætnam ſibi Mauſoleum elegit.*

§. 12. At Strabo famam iſtam falſitatis inſimulat, probabile minimè videri putans, crepidam iſtam intra fauces Ætnæ non fuiſſe potius colliqvefactam, qvàm integram ejectam. Nec deſunt alii apud Laertium, qvi longè aliter de morte Empedoclis ſentiant. Et ipſius Laertii hæc ſunt in ejus obitum epigrammata:

Digitized by Google

Καὶ Σύ ποτ' Ἐμπεδόκλεις διερῆ φλογὶ σῶμα καθήρας,

Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.

Οὐκ ἐρέω δ' ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον Αἴτνης,

Ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

Empedocles rapidâ purgâſti corpora flammâ

Æternos ignes fortiter ore trahens.

Non dicam, qvòd Te in ferventem miſeris Ætnam,

Lapſus es at nolens, delituiſſe volens.

Et aliud:

Ναὶ μὴν Ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὡς ποθ' ἁμάξης

Ἔκπεσε καὶ μηρὸν κλάσατο δεξιτερόν.

Εἰ δ' πυρὸς κρητῆρας ἐσήλατο, καὶ πίε τὸ ζῆν.

Πῶς ἂν ἔτ' ἐν Μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος.

Cruribus Empedocles colliſis dicitur eſſe

Mortuus, è curru cum cecidiſſet humi.

Si ſe flagrantem jecit malè ſanus in Ætnam,

Qvomodo adhuc Megaris ſtructa ſepulchra jacent?

§. 17. Jam ſi qvinqvaginta annos retrò numeremus, medium è tribus iſtis incendiis, qvæ poſt Græcorum in Siciliam adventum contigerunt, contigit anno 4. Olympiadis 75. Anno ante Chriſtum natum 427. qvod tempus, cum in Pythagoræ ætatem incidat, haud malè Ovidius l. 15. Metam. Pythagoram de Ætnæis incendiis differentem introducit. Et hoc ipſum incendium illud eſſe videtur, qvod piis illis fratribus æternam nominis gloriam peperit, qvos inſtanto jam ab Ætnæis ignibus periculô religiosâ parentum ætate jam confectorum ſarcinâ gravatos ignea fluenta divinô ſeparata diſcidiô innocenti

obſidione ambire qvàm pii exempli monumentum lædere maluerunt, ut loqvitur Apulejus *in lib. de mundô.*

§. 14. Qvi hæc ut & cætera hujus libri hauſit ex Ariſtotelis libro de mundô, vel qvisqvis ejus Autor eſt, in qvo hæc leguntur: Ἔνθα καὶ τὸ τῶν εὐσεβῶν γένος ἐξόχως ἐτίμησε τὸ δαιμόνιον, περικαταληφθέντων ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διὰ τὸ βαστάζειν γέροντας ἀπὸ τῶν ὤμων γονεῖς. De his Seneca l. 3. de benef. c. 37. *Vicere*, inqvit, *Siculi juvenes, cum Ætna majore vi peragitata in urbes, in agros, in magnam inſulæ partem effudiſſet incendia. Vexerunt parentes ſuos, diſcediſſe creditum eſt ignes, & utrinqve flammâ recedente limitem adapertum, per qvem tranſcurrerent juvenes digniſſimi, qvi magna tutò auderent.* De his etiam Autor Ætnæ:

—— —— optima proles
Amphinomus fraterq; pari ſub munere fortes,
Cum jam vicinis ſtreperent incendia tectis,
Aſpiciunt pigrumqve patrem matremq; ſenectâ
Heu heu defeſſos poſuiſſe in limine membra.
Parcit avara manus dites attollere prædas,
Illis divitiæ ſolæ materqve paterqve;
Hanc rapiunt prædam, mediumq; exire per ignem
Ipſo dante fidem properant. O maxima rerum
Et meritò pietas, homini tutiſſima virtus!
Erubuêre pios juvenes attingere flammæ,
Et, qvacunqve ferunt illi veſtigia, cedunt &c.

§. 15. Adeoqve glorioſum hoc factum Siculis viſum fuit, ut de juvenum iſtorum patriâ certarent, cum & Catinenſes & Syracuſani tam inſignis

ſignis pietatis memoriam ſibi vendicarent. Unde Solinus *c. 11. inter Catanam & Syracuſas certamen eſt de illuſtrium fratrum memoriâ, quorum nomina ſibi diverſæ partes adoptant. Si Catanenſes audiamus, Anapias & Amphinomus fuit. Si, quod malunt Syracuſæ, Mantiam putabimus & Critonem. Catanenſis tamen regio cauſam dedit facto, in qua cum ſe incendia Ætnæ protuliſſent, juvenes duo ſublatos parentes evexerunt inter flammas illæſi ignibus, quorum memoriam ita poſteritas munerata eſt, ut ſepulchri locus* nominaretur Campus piorum. Eadem ferè repetit Fazellus *dec. I. l. 3. c. 1.* niſi qvod pro Mantia Emathiam vocat.

§. 16. Pro Catanenſibus ſtat Silius l. 14.

Tum Catina ardenti nimium vicina Typhœo
Et glomeraſſe pios qvondam celeberrima fratres.

Nec non Pauſanias in Phocaicis, *priſci mortales*, ait, *præ cunctis rebus plurimô dignabantur honore parentes, qvod cum ex aliis exemplis colligas, tum ex eorum, qvi apud Catanam pii ſunt appellati, & iis hodieq; honores exhibentur.* Ælianus etiam agnoſcit fuiſſe Catanenſes, ſed Philonomum & Calliam appellat. Ælianum ſeqvitur Stobæus ſermon. 17. Cæteri Autores pleriqve Amphinomum & Anapiam vocant. Sic eos appellat Strabo l. 6. Val. Max. l. 5. c. 4. & alii. Mirum autem, qvàm diverſus abeat à cæteris Autoribus Hyginus in horum fratrum nominibus concipiendis. Damonem enim & Pythiam vocat. Qvi & ipſi

Digitized by Google

ipſi qvidem fratres Siculi fuerunt, ſed alia vulgo de iis hiſtoria circumfertur. Nam qvi ſe vadem pro amici reditu Dionyſio tyranno dederat, & amicus ille, qvi rediit, ut alterum vadimoniô mortis liberaret, iſtis nominibus aliàs plerumq; nuncupantur. Hyginus autem par illud amicorum Mœrum & Selmuntium appellat.

§. 17. Veſtigia ſepulchri adhuc Catanæ reperiri extra portam Steſichori autor eſt Philotheus. Statuas etiam ipſis erectas fuiſſe videri licet ex peculiari carmine Claudiani, qvod in iſtas ſtatuas compoſuit. Ejus hoc eſt initium:

Aſpice ſudantes venerandô pondere fratres
Divinô meritos ſemper honore coli.
Juſta qvibus rapidæ ceſſit violentia flammæ,
Et mirata vagas reppulit Ætna faces.
Complexi manibus fultos cervice parentes
Attollunt vultus accelerantq; gradus.
Grandævi geminâ ſublimes prole feruntur.
Et carâ natos implicuêre morâ.

Et aliqvot diſtichis deinde interjectis:

O benè naturæ memores, documenta ſupernæ
Juſtitiæ, juvenum lumina, vota ſenum,
Qvi ſpretis opibus medios properâſtis in ignes
Nil præter ſanctam tollere canitiem.
Haud eqvidem immeritò tantâ virtute repreſſas
Enceladi fauces obriguiſſe reor.
Ipſe redundantem frenavit Mulciber ætnam,
Læderet exempli ne monumenta pii. &c.

In ϛυλοπιναϰίοις templi Apolloniadis Eumenis & Attali Regum matris, qvod apud Cyzicum fuit, tabula etiam Anapis & Amphinomi inſculpta erat cum epigrammate, cujus lemma (nam ipſum

ipſum epigramma periit) ex antiqviſſimis membranis expreſſit Salmaſius in exercitationibus ſuis ad Polyhiſtora Solini p. 110.

§. 18. Præter citatos Autores videatur Plutarchus, Martialis, Auſonius, Rhodiginus & alii, qvi omnes in eo conſentiunt, qvod duorum fratrum id factum fuerit, niſi qvod Lycurgus in Leocrat. uni ſolùm juveni pietatis hanc laudem aſſignat. Ejus verba ſic habent: Λέγεται ἐν Σικελίᾳ ἐκ τῆς Αἴτνης ῥύακα πυρὸς γενέσθαι, τοῦτον δὲ ῥεῖν φασιν ἐπὶ τὴν ἄλλην χώραν καὶ δὴ καὶ πρὸς πόλιν τινὰ τῶν ἐκεῖ κατοικουμένων, τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὁρμῆσαι πρὸς φυγὴν τὴν αὐτῶν σωτηρίαν ζητοῦντας, ἕνα δέ τινα τῶν νεωτέρων ὁρῶντα τὸν πατέρα πρεσβύτερον ὄντα καὶ οὐ δυνάμενον ἀποχωρεῖν, ἀλλὰ ἐνκαταλαμβανόμενον, ἀράμενον φέρειν. Φορτίου δ' οἶμαι προσγενομένου καὶ αὐτὸς ἐγκαταλήφθη, ὅθεν δὴ καὶ ἄξιον θεωρῆσαι τὸ Θεῖον, ὅτι τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς εὐμένως ἔχει. Λέγεται γὰρ κύκλῳ τὸν τόπον ἐκεῖνον περιῤῥεῦσαι τὸ πῦρ, καὶ σωθῆναι τούτους μόνους, ἀφ' ὧν καὶ τὸ χωρίον ἔτι καὶ νῦν προσαγορεῦσαι τῶν εὐσεβῶν χῶρον, τοὺς δὲ ταχείως τὴν ἀποχώρησιν ποιησαμένους καὶ τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς ἅπαντας ἐγκαταλιπόντας ἀπολέσθαι. Cum autem Lycurgus hanc orationem circa Alexandri M. ætatem Athenis contra Leocratem habuerit, exinde facilè perſpicitur, egregium iſtud pietatis exemplum Alexandri Magni temporibus eſſe jam antiqviùs.

§. 19. Olympiadis deinde 96. annô 1. anno

Digitized by Google

ante natum Chriſtum 396. iterum horrendum Ætnæ extitiſſe incendium, colligitur ex iis, qvæ Diodorus Siculus in rebus geſtis illius temporis annotavit. *Qvia ignem*, inqvit, *ad maritimam usq; oram eructaverat Ætna, terreſtris exercitus non amplius ita duci potuit, ut nauticum ad littus comitantem haberet. Maritimis enim tractibus flammantis Ætnæ profluviô exuſtis neceſſitas pedeſtre agmen circuire coegit.* Idem hoc eſſe videtur incendium cum eô, cujus Oroſius meminit l. 2. c. 18. cum commemoratis Artaxerxis & Cyri filiorum Darii rebus geſtis hæc ſubnectit: *His deinde temporibus graviſſimô terræ motu concuſſa Sicilia inſuper exæſtuantibus Ætnæ montis ignibus favilliſq; calidis cum detrimentô plurimô agrorum villarumq; vaſtata eſt. Tunc etiam Atalanta civitas Locris adhærens terris contigua repentinô maris impetu abſciſſa, atq; in Inſulam deſolata eſt.* Conradus autem Lycoſthenes in Chronico ſuo prodigiorum hoc incendium ad annum refert χρισογονίας 425. qvemadmodum illud, qvod ſua ætate Thucydides accidiſſe ſcribit ad annum ante Chriſtum 421. Qvæ ſupputatio cum Thucydidis verbis minùs convenit.

§. 20. Cæterùm ad illud incendium fortè reſpicit Cedrenus, apud qvem hæc leguntur: *Xerxes Ægyptô in poteſtatem redactâ Athenas junctô ponte Helleſpontô perveniens urbem incendit. Romæ Portilla qvadam virgo inceſti damnata viva fuit defoſſa. Leges 12. tabularum è Græciâ Romam*

Digitized by Google

mam allata. His temporibus Ætna mons Siciliæ ruptus eſt ignemq; edidit, & terræ motu Atalanta à Locris abrupta inſula facta eſt. In qvibus tamen verbis confuſè conjungi, qvæ diverſis temporibus contigerunt, nemo tam omnis chronologiæ ignarus eſt, qvi non videat.

§. 21. Porrò Cn. Cæpione C. Lælio Coſ. mons Ætna ignibus abundavit, ut memorat Jul. Obſeqvens in prodigiis. Fuerunt autem hi Conſules Anno ab U. C. 613. Anno ante partum Virginis 140. ſi Cluverî calculum ſeqvamur. Idem Obſeqvens refert, Serv. Flaccô Q. Calpurniô Coſ. Ætnam ſolitô majoribus ignibus arſiſſe. Qvod confirmat Oroſius l. 5. c. 6. his verbis: *Serv. Fulvio Flacco Q. Calpurniô Piſone Coſ. in Siciliâ mons Ætna vaſtos ignes eructavit ac fudit, qvi torrentium modô per prona præcipitia proxima qvæq; corripientibus exuſsêre flammis, longinqviora autem favillis calidis cum vapore gravi volitantibus torruerunt. Qvod Siciliæ ſemper vernaculum genus monſtri non portendere malum ſolet, ſed inferre.* Factum id eſt anno poſt U. C. 618. ante χειστογονίαν 135.

§. 22. Novenniô poſt annô nimirum U. C. 627. ante C. N. 126. M. Æmiliô L. Oreſte Coſ. ætna iterum ignem latè ſuper verticem diffudit, ut loqvitur Jul. obſeqvens, aut ut Oroſius l. 5. c. 10. igneis exundavit globis. Iterum qvadriennio poſt, cum Conſules fuerunt Cn. Domitius Ænobarbus C. Fannius Strabo, A. U. C. 631.

ante

Digitized by Google

ante C.N.122. Ætna ultra ſolitũ exarſit, quæ Oroſii iterum verba ſunt l.6. & torrentibus igneis ſuperfuſis lateq; circumfluentibus Catanam urbẽ finesque ejus oppreſſit, ita ut tecta ædium calidis cineribus præuſta & aggravata corruerent, cujus levandæ cladis causâ Senatus 10. annorum vectigalia Catanenſibus remiſit. Calviſius autem ponit hoc incendium in annum A. C. N. 119. & in Conſulatum L. Opimii & Q. Fabii Maximi. Hæc Ætnæ ſunt incendia, quæ ante Romanorum Cæſarum imperium contigerunt.

PENS. VIII.

Hiſtoria incendiorum Ætnæ ſub Imperio Romanorum Cæſarum.

Summ.

Ætnæ incendium ante bellum civile, ante Cæſaris mortem, temporibus Auguſti, Caligulæ, aliorum. Agathæ velum. Catanenſes converſi. Ætnæ incendia ad noſtram usq; ætatem.

§. 1.

EOrum deinde ſub imperiô rurſum aliquoties Ætnæi paroxyſmi recruduerunt. Ac primô quidem civile Cæſaris cum Pompejô bellum vehemens Ætnæ incendium præceſſit. Nam, ut Lucanus lib.1. Pharſal. canit:

Ora ferox Siculæ laxavit Mulciber Ætnæ,
Nec tulit in cœlum flammas, ſed vertice pronô
Ignis in Heſperium cecidit latus.

Et Petronius:

Armo-

Armorum ſtrepitu cœlum furit, & tuba Martem
Sideribus tremefacta ciet, jamqve Ætna voratur
Ignibus inſolitis, & in æthera fulmina mittit.
Ecce inter tumulos atqve oſſa carentia buſtis
Umbrarum facies dirô ſtridore minantur.
Fax ſtellis comitata novis incendia ducit,
Sangvineôqve recens deſcendit Jupiter imbre.
Hæc oſtenta brevi ſolvit Deus, exuit omnes
Qvippe moras. Cæſar, vindictæqve actus amore
Gallica projecit, civilia ſuſtulit arma.

§. 2. Deinde paulò ante Cæſaris obitum iterum vehementiùs æſtuare cœpit. Unde prodigiis Cæſaris mortem prænunciantibus annumerat & illud Maro l. 1. Georg.

Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam
Flammarumqve globos liqvefactaqve volvere ſaxa.

Poſt Cæſaris obitum ſub Auguſti principatu, cum adverſus Sext. Pompejum bellum gereret, facti ſunt Ætnæ horrendi fremitus & longi mugitus, excandeſcentibus qvoqve ignibus exercitumqve fulgore terrentibus adeò, ut Germani è cubilibus proſilirent, nec ampliùs ipſis incredibilia viderentur Ætnæ memorata miracula, ut eſt apud Appianum l. 5. Ab hoc proximum incendium fuit, qvo Cæſar Caligula pavefactus ſubitò noctu è Meſſanâ profugit, autore Tranqvillô in vitâ Caligulæ.

§. 3. Poſteà per longum tempus Ætnæ furor conqvievit, donec Anno poſt C. N. 253. primo poſt Agathæ Virginis martyrium annô, vel, qvod Fazello & pluribus placet, anno ſecundô poſt Agathæ obitum Annô Chriſtianô 254. denuò

Digitized by Google

nuò exarſit. Qvo tempore Catanenſes ipſiſimis gentilitatis tenebris adhuc occæcati, in Agathæ tumulum incidiſſent, & ſeqven inſcriptionem legiſſent:

MENTEM. SANCTAM. SPONTANEA
HONOREM. DEO.
PATRIÆ LIBERATIONEM.

apertô tumulô panniculum, cui corpus invo batur (grimpiam appellant Siculi) defluenti igneis torrentibus objecerunt, qvi ſtatim v reformidantes aliô curſum ſuum deflexer Qvo factum eſt, ut poſtea Catanenſes Chriſ de imbuerentur, &, qvoties exitium Ætna naretur, hoc incendiis velum in occurſum rent, tanqvam certiſſimum ſcilicet ac præſ tiſſimum adverſus ætnæos ignes remedium.

§. 4. Proximum huic, qvod literis qvid annotatum ſciam, eſt, qvod Anno Chriſti Carolo Magnô regnante magnam inſulæ p tem vaſtavit. Famoſius illud, qvod duodecim ſeculo ſub Gulielmô Secundô cœpit, & per nos aliqvot duravit. Vehementisſimum aut illud fuit circa Annum Chriſti 1169. Qvo tempo Catanenſium civitas adeò fuit ſubverſa, ut domus qvidem integra maneret, & 15000. h mines in iisqve Abbas cathedralis illius Eccleſ cum ſuis Clericis ſub ædium ruinis opprimere tur. Qvas calamitates deſcribit inter alios ſuô de Siciliæ calamitatibus librô Hugo Fulca

du

Digitized by Google

Cui jungi poteſt Sigonius de regnô Italiæ
ebus geſtis Friderici.

§. 5. Hinc anno Chriſti 1284. ſub mortem
liæ & Arragoniæ Regis Caroli rurſus hor-
dum incendium nec levius in ſeqventi ſeculô
a Annum 1323. contigit. Tunc enim Ætna,
rente Golziò, & ex eô Jonſtoniô in Polyhi-
te & Calviſiô in opere Chronologicô, ſubſe-
& ejectis ignibus viciniam graviter vaſta-
Tantum cineris nigerrimiqve pulveris co-
n depluit, ut longinqvæ regiones cooperi-
ur, & flante Boreâ in Melitam deferren-
. Alii ponunt hoc incendium ad annum 1329.
ddunt, pluribus hiatibus apertis ex eo, qvi
us orientem diſruptus eſt, igneum torren-
tribus alveis diviſum omnia cum multorum
malium & hominum interitu in pernitiem
ſerabilem traxiſſe. Duravit hoc incendium
ve ad annum 1333.

§. 6. Neqve decimum qvintum ſeculum ab
uſmodi cladibus immune fuit. Annô nam-
Chriſti 1408. & iterum Anno 1444. qvo
cis rupes diſſolutæ ſunt & in voraginem de-
ſæ, uſqve ad 1447. iterum iterumqve fu-
tuari cœpit.

§. 7. Nec omittendum eſt illud, qvod Anno
536. & 1537. cum vehementiſſimô terræ mo-
rorupit, ac in vicinis agris hominum & pe-
um magnam ſtragem edidit. *Ceſſante ba-*
nus incendiô, ſunt verba Munſteri, *ad montem*

ſylva

ſylva & frugifera arbores enata erant, & Catanenſes ſe extra periculum eſſe credebant. Sed Vulcanô officinam ſuam inſtituente ignis per novos crateres erupit, & circa montem omnia miſere devaſtavit. Per aliqvot annos mons obſtructus fuerat, nec igni patebat exitus. Violenter igitur prorumpens flamma omnia circa montem perfregit, ſaxa projecit, petras detruſit, ſylvas incendit, duos vicos adjacentes monti perdidit. Multos dies in monte ingens & continuus fragor inſtar tonitrus auditus fuit. Cinis paſſim per aërem diſſipatus cœlum velut atrâ nube texit, & magnam partem Calabria opplevit. Fuerunt iſti duo vici, qvos Munſterus Ætnæ ignibus everſos teſtatur, Nicoloſium & Mompelerium, ut ex Fazello & Philotheo patet, qvi etiam D. Leonis templum in nemore ſitum ab Henricô Lombardô Adelaſiæ Germano Comite atqve Marchione pro animâ Rogerii Comitis uxorisqve ejus Adelaſiæ exſtructum & monachis cœnobio datum eo tempore terræ motu primùm corruiſſe, poſt ignibus fuiſſe vaſtatum memorat. Faſtigium etiam Ætnæ eô tempore denuo ad 2000. paſſus eſt depreſſum, & domus Catanenſium ita concuſſæ, ut, dehiſcentibus rimatim lapidibus certam incolis ruinam minarentur, & incolæ poſthabitis omnibus in Agathæ templum turmatim ſe reciperent, & ſupplicationibus habitis cœleſtes iras deprecarentur. Eodem ſeculo Anno nimirum 1579, cùm Imperator

Digitized by Google

tor eſſet Rudolfus II. Ætna magnis ignibus exarſit, ut Gordonus Leſmoreus Jeſuita in opere ſuô Chronologicô ad eundem annum notavit.

§. 8. Denique nec hoc ipſo noſtrô ſeculô Ætnæ furor omninò ceſſavit. Nam & Anno 1621, qvo de legi poteſt Meterranus vel potius Meterrani continuator l. 38. nec non Zeilerus in epiſtol. & 1633. usqve ad annum 1639. iterum anno 1650, itemqve 1660. & hoc ipſo quoque anno, qvo hæc ſcribo, 1669. movere ſe cœpit, igneisqve torrentibus aliqvot inſignes vicos & pagos admodum vaſtavit. Intumuerat per aliqvot dies aſſiduus qvidam in monte fragor, qvem flammæ ſecutæ ſunt omnia vaſtantes ac incendentes. Cinis cum lapidibus ad aliqvot milliaria per aërem diſſipatus cœlum atrâ nube texit & circumjacentia oppida opplevit. Adhæc ex formidabili barathro torrentes ignei effluxêre. Sed his, cum in publicis relationibus prolixè recenſeantur, immorari ſuperſedeo.

CAP. II.
DE INSULIS ÆOLIIS ET ARDENTIBUS IBI MONTIBUS.

Summ.

Æoliarum ſitus, occultum cum Ætnâ commercium. Vulcaniæ cur dictæ. Omnes ignibus ſcatent.

 Impri-

Digitized by Google

Imprimis Lipare Hiera & Strongyle incendiis celebres.

§. I.

QVin potiùs ad Æolias Inſulas, qvæ Septentrionali Siciliæ lateri objectæ ceu faſtigiati qvidã ſcopuli in Siciliâ conſiſtentibus apparent, tranſeo. Eæ namqvè Ætnæos ignes occultis qvibusdam commerciis & mutuantur & ſubminiſtrant, ut verba ſunt Solini c. 11. Ac ideò etiam Vulcaniæ & Græcæ originis vocabulô Hephæſtiades appellantur, qvòd ſicut Ætna ardeant. Vid. Iſidor. l. 14. origin. c. 6. Teſtatur id Diodorus Siculus l. 5. c. 7. cum ſcribit, magnis ignium eructationibus eas inſulas obnoxias eſſe omnes, qvod ex crateribus olim factis manifeſtè conſpiciatur. *Ab his ergo inſulis*, pergit ille, *cavernas eſſe ſubterraneas usq; ad Ætnam conjunctis utrinqve oſtiis nonnulli aſſerunt; ideoqve alternis ardere vicibus Æoliarum & Ætnæ crateres.* Sanè & ad Ætnam ſpelunca qvædam eſſe caliginoſiſſima perhibetur *la Grotta della Palomba* dicta tantæ profunditatis & capacitatis, ut montis accolæ in eâ perviam ſubmarinam ad Æolias inſulas aditum dari arbitrentur.

§. 2. Harum Inſularum maxima Lipare Meligunis dicta juxtà Plin. l. 3. c. 9. nat. hiſtor. conſpicuum qvidem & lucentem, ſed noctu tantùm ignem habet. Eum interdum 16. annis prorſus extingvi, donec decimo ſeptimô redeat, autor eſt Xenophanes apud Ariſtotelem de admirandis

randis auſcultationibus, ubi alia qvoqve miranda ejus inſulæ recenſet. Sane & Strabo πυρὸς ἀναπνοὰς in hac inſulâ cognoſcit l. 6. qvod confirmat Silius in his verſibus l. 14.

Nam Lipare vaſtis ſubtèr depaſta caminis
Sulfureum vomit exeſo de vertice fumum.

Et Pontanus his. 2. Meteor:

Æoliam fama eſt Liparen de rupe propinqvâ
Hoc ſenſiſſe malum et lucem doluiſſe negatam.

His accedit Paulus Silentiarius, ſecundum qvem in Liparâ,

Ἄφεγγές ἐστιν ἄσθμα, Πέμπει λίθους θειώδεις
Οὓς νυκτίπερ παμφαίνων Πολύψοφους βρυγώδεις.

§. 3. Seu & Hieram, qvam alii Therasiam, alii Thermiſſam, alii Vulcaniam, alii Sacram appellant, & qvæ Poſthumio Albinio & Q. Fabio Labeone Coſ. è pelago emerſiſſe nonnullis creditur, colle nocturnas flammas evomente celebrem Plinius aſſerit. In eâ refert Ariſtoteles l. 2. Meteorologiæ c. 8. terram aliqvando tumeſcentem velut in collis inſurrexiſſe ſpeciem, eâq; diſruptâ multum prodiiſſe ſpiritus ſcintillas ſecum efferentis, & Liparenſium civitatem cineribus opplentis. Meminerunt incendiorum hujus inſulæ alii qvoqve Scriptores. Martianus Heracleota:

Ὧν ἐστιν ἱερὰ λεγομένη τις εὐλόγως.
Καιόμενα φαίνεται γὰρ ἐκ αὐτῆς πυρὰ
Ἀπὸ σαδίων δὲ δῆλα πᾶσι πλειόνων
Καὶ διαπύρων εἰς ὕψος ἀναβολαὶ μύδρων.

E 2 λ. ὁ

Digitized by Google

i. e.

qvarum una haud abs re dicta Hiera. Arde... qvippe apparent ex eâ ignes à multis ſtadiis cui... conſpicui, & ejectiones in altum candentium ... ſarum. Solinus c. 12. *Hiera præcipuè Vulc... ſacra & plurimum colle eminentiſſimo noctu ar...* Mela l. 2. c. 7. *ſicut Ætna perpetuò flagrantes ... ra & Strongyle.* Thucydides l. 3. *Credun... Hierâ Vulcanum exercere ærariam, qvòd eam ... cernitur permultum ignem, interdiu fumum ... dere.* Diodorus Siculus l. 6. *In Strongyle ... dem & Hiera ad hoc usq; tempus flatuum vi... gens erumpit cum fremitu immani. Evomitur ... am arena lapidumq; ignitorum copia, qvod ... Ætnam qvoq; videre eſt,* Virgilius 9. æn.

Inſula Sicanium juxta latus Æoliamqve
Erigitur Liparen fumantibus ardua ſaxis,
Qvam ſubter ſpecus & Cyclopum exeſa caminis
Antra Ætnæa tonant, validiqve incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, ſtriduntqve cavernis
Strictura chalybum & fornacibus ignis anhelat.

Scholiaſtes Apollonii ex l. 10. de geſtis A... thoclis annotat, in Hierâ fuiſſe collem du... crateribus horribilem, qvi candefactos pumi... aliasqve materias evomendo tantos frago... ediderint, ut ad 500. ſtadia potuerint au... Conferatur etiam Strabo. E recentioribus ... zellus: *hæc in medio mari circumfuſa perpe... ardet. Enimverò ex voragine qva in medio ... tet jugiter ingentem fumi nebulam hodie eru... & pro modo efflantium ventorum fumum int...*

du...

Digitized by Google

dum, qvandoq; favillas, nonnunqvam ignes evomit. Cluverius cum has oras peragraret, inter fumoſam caliginem pallidum qvendam ignem ab hac inſulâ prodeuntem è proximo Siciliæ littore diſpexit. Kircherus, cum 1638. hanc inſulam præterveheretur, nihil aliud qvàm fumum ab hac inſulâ prodeuntem deprehendebat l. 4. mund. ſubt. c. 5. Annexam autem habet Hiera aliam exiguam inſulam Vulcanellum dictam, qvæ & ipſa aliqvando ignes evomuit, & qvam haud incredibile videtur è rejectamentis ignium enatam.

§. 4. Cæterùm patet ex adductis Autorum de Hierâ teſtimoniis, Strongylen etiam incendiis talibus infectari. Liqvidiore tamen fumô à cæteris differre creditur, qvem pariter à Siculô littore candidiſſimum Cluverius obſervavit. Et hæc ex Æoliis hodieqve liqvidiſſimas flammas & pumices ex vertice, ubi craterem habet, nonnunqvam eructare fertur, & ignes navigantibus eminus conſpici licèt noctu tantùm. Kircherus l. c. Strongylen Anno 1638. tantis incendiis ſæviiſſe ſcribit, ut ob ignium copiam omnem acceſſum intercluderet, & tantos montium inſtar fumorum eructâſſe globos, ut non Lipararum modò, ſed totius qvoqve Siciliæ aſpectus ex oculis tolleretur.

§. 5. Non minùs Didymen Latinis Gemellam dictam, ut & cæteras æolias tales ignium eructationes freqventer expertas fuiſſe, crateres

Digitized by Google

in hunc usque diem extantes, & adducta ſub initium hujus capitis Autorum teſtimonia convincunt.

CAP. III.

DE VESUVIO.

Summ.

Veſuvius unde dictus. Alia ejus nomina. Galeni locus. Cur Lesbius dicatur. Lesbizire. Cur Besbius dictus. Ejus ſitus. Campaniæ laus. Veſuvii facies & altitudo. Ejus deſcriptio ex Procopiô, Zonarâ, Kircherô. Incendiis celebris. Strabonis & Diodori temporibus quievit. Incendii ſub Tito memorabilia. Plinii obitus. Herculanum & Pompeji oppida ſubverſa. Titi humanitas. Platina notatur. Veſuvii incendium temporibus Diocletiani, Severi, Conſtantini Magni, Leonis. Cinerum pluvia. Ejus prodigii memoria apud Byzantinos. Veſuvii incendium ſub Rege Theodorico, Conſtantino Pogonato, Ottone, Conrado. Horrendum Veſuvii incendium A.C. 1631 Torrentes ignium & aquarum ex Veſuvio, variæque inde clades. Alia Veſuvii per hoc ſeculum conflagrationes.

§. I.

NEque verò ſolùm cum Aeoliis, ſed etiam cum Veſuviô Aetna correſpondet. Quem nomen ſuum accepiſſe, putant vel à Veſuvijs h. e. favillis, (id enim Veſuviæ ſecundùm veterem aliquem Grammaticum ſignificant) vel à tribus

iſtis

iſtis vocibus ve h.e. difficulter, ſus id eſt ſurſum & via, eò qvòd arduum iter ei ſit peragendum, qvi caſum ejus ſuperare velit. Scribitur autem etiam aliàs Veſbius, Veſvius, Veſevus, & rarò Veſuſius, Bebius, & Veſebius.

§. 2. Apud Galenum l. 5. de meth. medendi legitur Beſubius & Beſbius. Sic enim ejus verba ſonant ex editione Aldinâ impreſſa Venetiis A. 1525: ἐπιβέβληται δ' αὐτῷ κατὰ τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου λόφος ὑψηλὸς ἐξαιρέτως μέγας, ὃν ἔν τε τοῖς συγγράμμασιν οἱ παλαιοὶ Ῥωμαῖοι καὶ τῶν νῦν οἱ ἀκριβέστεροι Βεσούβιον ὀνομάζουσι, νυνὶ δ' ἐνδοξότατι· καὶ νέον ὄνομα τοῦ λόφου Βέσβιον ἅπασιν ἀνθρώποις γνώριμον διὰ τὸ κάτωθεν ἀναφερόμενον ἐκ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ πῦρ. Sic etiam habent verba in editione Baſileenſi ex officinâ Frobenianâ A. 1538. ſenſus autem verborum hic eſt ex verſione Thomæ Linacri: *Conjungitur illi in imo ſinus alter collis non parvus, quem & veteres Romani in hiſtoriis, & qvi nunc diligentiores ſunt, Veſuvium nominant. Celebre nunc novumq; nomen Veſvium eſt, omnibus hominibus notum propter ignem, qvi in eo ex terrâ ſummittitur.* Paulò poſt Galenus addit, multum cinerem è Veſuviô ad mare perferri, reliqvias nempe materiæ combuſtæ. Ambroſius verò Leo l. 1. de Nol. in exemplari neſcio qvo (in nullo enim invenire potui) pro Βέσβιος legit Λέσβιος, dicitqve montem Leſbium vocatum, vel qvòd eum Leſbii patriâ exeuntes aliqvando tenuerint, ſiqvidem & apud Solinum legatur, Leſbios ali-

Digitized by Google

aliqvando maris imperium tenuiſſe, eosqve illud iterum amiſſuros jam antea Sibyllam Erythræam monuiſſe; vel qvòd hiante cacumine tanqvam ore apertô cineres eructans vicinam Veſevo oram jugo miſerè devaſtare ſoleat, non ſecus ac Lesbii conſveverint turpibus & obſcœnis dictis orationem inqvinare, unde proverbia nata ſint: Lesbizire, Lesbiis digna, &c.

§. 3. Sunt tamen etiam, qvi omninò Besbium hunc montem olim fuiſſe dictum putent à Besbico qvodam, eoqve vel Pelasgorum Principe, vel illorum Gigantum Duce, qvi litora leguntur excavâſſe, & per mare ſaxa devolviſſe, ut oſtia Rhyndaci fluvii obſtruerent. Sed hæc omnia nimis longè ſunt petita.

§. 4. Vibio Seqveſtro *Maulus* mons ille dicitur, ubi tamen Simlerus legit *Mævius* apud Ortelium in theſaurô Geographicô. Hodie dicitur Monte di Somma a Caſtello Somma, qvod ad radices ſitum eſt. Unde Philologus qvidam haud incelebris probare contendit, hunc montem olim Summum fuiſſe dictum, qvod confirmare laborat ex illo Silii:

Monſtrantur Veſeva juga atqve in vertice ſummô
Depaſti flammis ſcopuli &c.

qvaſi verò hoc epitheton aliis etiam montibus non aſſignetur v. g. Ætnæ apud eundem Silium:

Summô cana jugô cohibet mirabile dictu &c.

§. 5. Sed qvicqvid de nomine ſit, ſitus eſt hic mons in Campaniâ, qvam mitiſſima cœli temperies

perficies, uberrima glebarum feracitas, hoſpitalitas maris, munitiſſimi potus, vitibus amicti montes, Bajarum tepor, aliæqve deliciæ commendant, qvibus & Hannibalem ejusqve milites enervatos legimus,

cum fortia bello
Inter delicias mollirent corpora Bajæ,
Et ſe Lucrinas qvà vergit Gaurus in undas
Brachia Maſſylus jactaret nigra natator.

In hac feliciſſimâ totius Italiæ parte prominet Veſuvius, qvi verſus meridiem Tyrrhenos æſtus bibit, verſus Auſtrum cæterasqve plagas freqventibus hortis & vineis ambitur.

§. 6. Keplerus l. 1. aſtron. p. 3. ſcribit in Veſuvii vertice conſiſtentes proximas qvasdam nubes paris cum monte altitudinis, qvasdam etiam minoris conſpexiſſe. Et Agricola qvoqve de Veſuvio ſcribit, qvòd ſicut Athos nubes excedere videatur l. 4. eff. ex terr. c. 18. At verò hodiè crebris incendiis detritus longè minor eſt.

§. 7. Zonaras ita Veſuvium deſcribit: *Veſuvius mons juxta Neapolin copioſos ignis fontes continens in mediô duntaxat ardet, exteriora carent igne, proinde cacumina in circuitù veterem altitudinem obtinent medietate exuſtâ & depreſſâ. Unde noctu flamma, interdiu fumus aliàs major, aliàs minor erumpit, aliqvando ſubitò dehiſcens cineres & ſaxa vi ventorum impulſa ejaculatur & cum murmure reſonat.* Procopius ita: (lib. 2. hiſt. Goth.) hic mons à Neapoli ſtadiis abeſt ſeptua-

ginta, in eamqve urbem vergit & Boream verſus, ſed præciſus ille undiqve eſt. Inferiora ejus freqventibus ſylvis umbroſa, ſuperiora abrupta & penitùs invia. Hujus in montis cacumine mediô hiatus qvidam profundior patet, ita ut conjectari ſat poſſis in penitiſſima terræ hunc penetrare, ignemqve ex infimâ parte exiſtere qvivis poterit conſpicari, qvi in ejus voraginis ſupremum os procumbere auſit. Unde & flamma in ſemet fota altiùs excitatur, nulli tamen hominum negotium exhibet. Verum ubi ſonitum mugienti ſimilem mons ediderit, non longè poſt cineris vim qvandam ingentem emittit, &, ſi validior ingruerit ventus, ſublimem adeò cinerem agit, ut ſpectari ampliùs non qveat, & defertur eò, qvò proclivior ventus abſtulerit, & in longinqvam plerunqve delatus regionem illabitur, ferunt namqve cum in Byzantium hic cinis ſemel incidiſſet, ſic ejus loci homines terruiſſe, ut eô ex tempore ad noſtram ætatem annuis Deum ſupplicationibus placent.

§. 8. Zonaræ & Procopio adjungere placet, qvæ Kircherus circa montem hunc obſervavit. Verba ſic habent in præf. Mund. ſubterr. c. 3: *fideli & viarum* gnarô comite ruſticô opimâ ſanè mercede conductô mediâ nocte montem per difficiles ſalebroſas arduasqve vias conſcendi, cujus craterem cum jam obtinuiſſem, horrendum dictu, totum igne illuminatum vidi cum intolerabili ſulfuris & bituminis ardentis mephiti. Hîc

pror-

prorſus ad inuſitatum rei ſpectaculum attonitus inferorum domicilium me intueri credebam, in qvo præter dæmonum horrenda phaſmata nil adeo aliud deeſſe videbatur. Horrendi percipiebantur montis mugitus & fremitus, putor inexplicabilis, fumi ſubfuſcis ignium globis mixti, qvos ex undecim diverſis locis tum fundus tum latera montis continuò eructabant, identidem me illud eructare cogebant: ô altitudo divitiarum ſapientiæ & *ſcientiæ Dei.* Et paulò poſt: *aurorâ itaqve* illuceſcente ego ut totius interioris montis conſtitutionem eâ, qva fieri poterat, diligentiâ explorarem, locum tutum & ad firmanda veſtigia ſecurum elegi, qvæ erat rupes ingens ſuperficie planâ, ad qvam per declive montis, qvousqve aditus patebat, me demiſi. Hîc depromtô pantometrô montis dimenſionem exorſus crateris ambitum 300. ferè mill. paſſ. 800. verò paſſ. profunditatem deprehendi. Mons undiqve præruptus nulla qva aditus ad interiora patebat declivitate datâ in excavati cylindri formam πρὸς τὰς ὀρθὰς ambitu ſuô deſcendebat. Et qvamvis oculis noſtris ſtrictiori peripheriâ concluſus videretur, id tamen juxta opticas rationes & leges non niſi ex maximâ à crateris intimâ ſuperficie diſtantiâ & profunditate contingebat. In centrô fundi Natura ſuum veluti focum conſtituiſſe videbatur verè Vulcaniæ culinæ officinam ſempiternô fumi flammarumqve profluviô fervidam, in deco-

qven-

Digitized by Google

qvendis ſulphure bitumine cæterisq; mineralium ſpeciebus eliqvandis exurendisqve occultô qvodam molimine funeſtisqve ſtragibus paulò poſt edendis occupatam, ſiqvidem halitus intus concluſi, uti contineri neſcii, ita tantô impetu & & vehementiâ horrendis fragoribus ſociata impoſitũ ſibi onus diſcutiebant, ut mons terræ tremore agitari videretur, qvod qvandocunqve accidebat, partes ſupremæ montis molliores, qvæ ex cineris pluviis aliisqve Mineralium qvisqviliis coagmentabantur, tremore concuſſæ ſolutæqve collium inſtar intra barathri fundum concidentes ex variâ ſoni reflexione eum fragorem, qvantum qvispiam etiam imperterriti pectoris vix ſuſtinere poſſet, concitabant. Materia, qvæ ex centrô montis continuò eructabatur, novum veluti montem efficiebat mirâ ſtriarum varietate præditum, qvam varia mineralium liqvefactorum ebullitio in omnes circumferentiæ partes fluxu ſuô coloreqve nunc viridi ex ære, modô fulvô ex ſulfure arſenicô & ſandaracâ, jam rubrô ex cinabari miniôq; jam nigrô ex vitriolô aqvis mixtô vel ex ipſis cineribus cineritiô ingenioſô naturæ penicillô efformabat. &c.

§. 9 Hæc Veſuvii facies fuit poſt incendium anni 1631. de qvo deinceps. At verò Anno 1660. excreſcens ille in altũ monticulus adeò fuit disjectus, ut hodie Veſuvius multò demiſſior ſit, & crater ut majoris amplitudinis & circumferentiæ, ſic minoris profunditatis.

§. 10.

Digitized by Google

§. 10. Veſuvius ergo non minus qvàm Ætna incendiis clarus eſt, unde Floro *pulcherrimus omnium* Campaniæ montium *& Ætnæi ignis imitator* ſalutatur l.1.c.16. Et Solinus c. 8. Veſevum *flagrantis anima ſpiritu vaporare* dicit. Taciti hæc ſunt 4. ann. *proſpectabat pulcherrimum ſinum, anteqvam Veſuvius ardeſcens faciem loci perverteret.* Audiantur & Poëtæ. Martialis l. 4. epigr. 44.

Hic eſt pampineis viridis modò Veſvius umbris,
Preſſerat hic madidos nobilis uva lacus.
Hæc juga qvàm Nyſæ colles plus Bacchus amabat,
Hoc nuper Satyri monte dedêre choros.
Hæc Veneris ſedes Lacedæmone gratior illi,
Hic locus Herculeô nomine clarus erat.
Cuncta jacent flammis & triſti merſa favillâ,
Nec Superi vellent hoc licuiſſe ſibi.

Statius l. 2. Sylv. c. 6.

—— —— ſi vel fumante ruinâ
Ructaſſent dites Veſuvina incendia Locros.

Ibidem carm. 7.

Non adeò Veſuvinus apex & flammea diri
Montis hyems trepidis exhauſit civibus urbes.

Et iterum l. 4. Syl. c. 4.

Hæc ego Chalcidicis ad Te, Marcelle, ſonabam
Littoribus, fractas ubi Veſvius egerit iras.

Silius Italicus l. 12.

Monſtrantur Veſeva juga atqve in vertice ſummô
Depaſti flammis ſcopuli, fractusqve ruinâ
Mons circum.

Et lib. 17.

Sic ubi vi cæcâ tandem devictus ad aſtra
Evomuit paſtos per ſecula Vesbius ignes,
Et pelago & terris fuſa eſt Vulcania peſtis,

Videte

Digitized by Google

> Videre Eoi monſtrum admirabile Seres,
> Lanigeros cinere Auſoniô caneſcere lucos.

Valerius Flaccus Argon. 4.

> Sic ubi prærupti tonuit cum forte Veſevi
> Heſperiæ lethalis apex.

Boëthius l. 1. de conſolatione Philoſophiæ l. 1. metr. 4.

> Nec ruptis qvoties vagus caminis
> Torqvet fumificos Veſevus ignes.

§. 11. Ac Strabonis qvidem & Diodori ætate Veſuvius à ſuis incendiis planè conqvieviſſe videbatur. Nam etſi cinereus verticis aſpectus exeſiqve flammis lapides factarum ante ſua tempora conflagrationum facilem præberent conjecturam, antiqviores tamen erant, qvàm ut certa temporis ratio conſtaret. Unde, qvos modò laudavi Scriptores, aſſerere non dubitant materiâ deficiente Veſuvianos ignes planè fuiſſe ſopitos & extinctos.

§. 12. At verò poſt longas temporis inducias ſub Titi Veſpaſiani principatu horrendis modis commoveri cœpit. Tum enim *abruptum montis Veſuvii verticem magna profudiſſe incendia ferunt torrentibusqve flammarum vicina regionis cum urbibus hominibusqve deleviſſe*, ut ſonant verba Oroſii l. 7. Meminerunt præterea ejus incendii Svetonius in vita Titi, Joſephus, Euſebius, Zonaras & alii. Sed imprimis Xiphilinus l. 66. in ejus memorabilibus annotandis eſt prolixus. Sic enim ille, poſtqvam prius faciem Veſuvii deſcripſerat: eo tempore magnus admodum

homi-

Digitized by Google

hominum inuſitatâ magnitudine, qvales Gigantes finguntur, in eo monte regioneqve finitimâ ac proximis civitatibus interdiu noctuqve vagari verſariqve in aëre viſus eſt. Poſt hæc conſecuta eſt maxima ſiccitas, ac repente ita graves terræ motus facti, ut & omnis ea planities fervida eſſet, & culmina montium ſubſiderent. Ad hæc ſonitus cum ſubterranei tanqvam tonitrua, tum ſuper terram mugitibus ſimiles extiterunt. Deinde mare ſimul fremere, cœlum ſonare, ingensqve & repentinus fragor, qvaſi montes ſimul conſiderent, exaudiri. Tum exilire primùm immenſi lapides & ad ſummos vertices pervenire, deinde magna copia ignis fumiq; ita, ut omnem aërem obſcuraret, occultaretqve Solem non aliter, qvàm ſi defeciſſet. Igitur ex die *nox & tenebrae ex luce factæ erant.* Et paucis interjectis verbis: tanta erat copia cineris, ut terram mareqve atqve aërem complèret, qvæ res multa damna, ut cuiqve ſors tulit, importavit nō ſolùm hominibus prædiisqve ac pecoribus, ſed etiam piſces volucresqve omnes peremit, duasqve integras urbes Herculanum & Pompejos populô ſedente in theatrô penitus obruit. Poſtremò tantus fuit cinis, ut inde pervenerit in Africam, Syriam & Ægyptum introierItqve Romam, ejusqve aerem compleverit & Solem obſcuraverit, &c.

§. 13. Ex eodem incendiô celeberrimus ille naturalis hiſtoriæ Conditor Plinius obiit. De

Digitized by Google
cujus

cujus obitu Plinius junior illius ex ſorore nepos ad Tacitum ita ſcribit l.6.ep.16. *Erat Miſeni claſſemq; imperiô præſens regebat. Cal. Nov. horâ fere ſeptimâ mater mea indicat ei apparere nubem inuſitatâ magnitudine & ſpecie. Nubes (incertum procul intuentibus ex quo monte, Veſuvium fuiſſe poſtea cognitum eſt) oriebatur &c. Magnum id propiusqve noſcendum ut eruditiſſimo viro viſum eſt. &c. Retina claſſiarii imminente periculô exterriti (nam villa ea ſubjacebat, nec ulla niſi navibus fuga) ut ſe tantô diſcrimini eriperet, orabant. Non vertit ille conſilium & quod ſtudioſô animô incboaverat, obit maximô, properat illuc, unde alii territi fugiunt, rectumq; curſum rectaqve gubernacula in periculum tenet adeò ſolutus metu, ut omnes illius mali motus omnes figuras, ut deprehenderat oculis, dictaret enotaretqve. Jam navibus cinis inciderat quô propiùs accederet calidior & denſior. jam pumices etiam nigriq; & ambuſti & fracti igne lapides. Jam vadum ſubitum ruinaqve montis; litora obſtantia. Cunctatus paulùm an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti, fortes, inqvit, fortuna juvat, Pomponianum pete. Stabiis erat perveneratqve ſinu medio &c. Interim è Veſuviô monte pluribus locis latiſſimè flamma atqve incendia relucebant, quorum fulgor & claritas tenebras noctis pellebat, ille agreſtium trepidatione igni relictas deſertasqve villas per ſolitudinem ardere in remedium formidinis dictitabat, tum ſe qvieti dedit, & qvievit veriſſimè*

Digitized by Google

viſſimè quidem ſomno &c. Sed area, ex qua diæta adibatur, ita jam cinere mixtisq; pumicibus oppleta ſurrexerat, ut, ſi longior in cubiculo mora eſſet, exitus negaretur. Excitatus procedit, ſeq; Pomponiano cæteriſque, qui pervigilarant, reddit. In commune conſultant intra tecta ne ſubſiſtant, an in aperto vagentur. Nam crebris vaſtiſque tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur. Sub dio rurſus quanquam levium exeſorumque pumicum caſus metuebatur, quod tamen malorum collatio elegit. & apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Cervicalia capitibus impoſita linteis conſtringunt; id munimentum adverſus incidentia fuit. Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior denſiorque, quanquam faces multæ variaq; lumina ſolvebant. Placuit egredi in litus & ex proximo aſpicere, quid jam mare admitteret, quod adhuc vaſtum & adverſum permanebat. Ibi ſuper abjectum linteum recubans ſedit, atque iterum frigidam popoſcit hauſitque, deinde flammæ flammarumque prænuncius odor ſulfuris alios in fugam vertunt, illum excitant, qui innixus ſervis duobus aſſurrexit & ſtatim concidit, ut ego conjecto craſſiore caligine ſpiritu obſtructô clauſôque ſtomachô, qui illi naturâ invalidus & anguſtus & frequenter intus æſtuans erat. Ubi dies redditus ab eo, quem noviſſimè viderat, tertius corpus inventum integrum, illæſum

apertumq; , ut fuerat indutus. Habitus corporis quieſcenti, qvàm defuncto ſimilior. &c.

§. 14. Qvod addidit Xiphilinus de Herculano & Pompejis, aſſerunt etiam alii. Atqvi jam ante Titi imperium iſtorum oppidorum ſubverſio contigiſſe videtur, ſi conferamus principium libri 6. natur. qvæſt. Senecæ, ubi hæc leguntur verba: *Pompejos celebrem Campaniæ urbem, in qvam ab alterâ parte Surrentinum Stabianumqve littus, ab alterâ Herculanenſe conveniunt, mareque ex aperto conductum amœno ſinu cingit, deſediſſe terræ motu vexatis, qvæcunqve adjacebant, regionibus audivimus, & qvidem diebus hibernis, qvos vacare à tali periculô Majores noſtri ſolebant promittere. Nonis Februarii fuit motus hic Regulô & Verginiô Cos. qvi Campaniam nunqvam ſecuram hujus mali, indemnem tamen & toties defunctam metu magnâ ſtrage vaſtavit. Nam & Herculanenſis oppidi pars ruit dubieqve ſtant etiam, qvæ relicta ſunt.* Multi tamen ad Titi tempora iſtorum oppidorum interitum referunt, qvos inter etiam Sanfelicius in ſuâ Campaniâ, cujus hæc ſunt verba: *Titi Veſpaſiani principatu montem utriqve oppido imminentem conflagrâſſe conſtat, eqve mediâ ejus voragine tantas erupiſſe flammas, ut ad Ægyptum cineres pervenerint. Latè vagantes ignes ſylvas, arbuſta, caſas, ædes & qvicqvid fuit obvium abſumſerunt, liqvatis qvoqve ſaxis, qvæ inſtar ferreæ ſpumæ miſerabilem illam teſtantur calamitatem. Hauſtum eo incendiô Herculanum.*

culanum. Pompejanos autem in ſcenicorum ludorum ſpectaculis conſidentes repentinus lapidum ſepelivit caſus, uniusque theatri cavea facta eſt totius civitatis urna. Cæterùm & Tertullianus aliqvoties Pompejorum à Veſuvio ſubverſorum meminit, ut in libro de palliô: *ex hujusmodi nubilô & Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſtâ, quo magis de montibus ſuis Campania ſperet erepta Pompejos.* Et in Apologeticô: *ſed nec Tuſcia jã tunc atq; Campania de Chriſtianis querebantur, cum Volſinios de cœlô Pompejos de ſuo monte profudit ignis.* Huc alludit etiam in lib. de pœnitent. c. ult. *qvid illum theſaurum ignis æterni æſtimamus, cùm fumariola qvædam ejus tales flammarum ictus ſuſcitent, ut proximæ urbes aut jam nullæ extent, aut idem ſibi de die ſperent.*

§. 15. Cæterùm in hac inſigni totius Campaniæ calamitate Titus Cæſar non modò Principis ſolicitudinem, ſed & parentis affectum præſtitit nunc conſolando per edicta, nunc opitulando, qvatenus ſuppeteret facultas. Curatores enim ei provinciæ reſtituendæ è Conſularium numerô ſorte duxit, & bona oppreſſorum à Veſevo, qvorum hæredes non extabant, reſtitutioni afflictarum civitatum attribuit, referente ſic Svetoniô c. 8. in ejus vit. Cæterum Sabellicus enn. 8. l. 6. mirari ſe dicit, qvod Platina perſvaſum ſibi habuerit, Euſebii forſan autoritate adductus, Trajanô Principe Veſuvium deflagrâſſe.

§. 16. Qvicqvid ſit illud certum, qvod poſt

 id

Digitized by Google

id tempus aliqvoties iterum Veſuvius exarſit, ut temporibus Diocletiani, cum ignis ejus à Sanctô Januariô reſtinctus legitur apud Majolum coll. 16. ut & poſtea temporibus Severi Imperatoris, cum Dion Hiſtoricus ejus mugitus Capuæ audivit l. 26. Poſt hæc iterum Conſtantini M. temporibus eructavit incendium per aliqvot dies, & omnia virentia circumqvaqve præ pulvere & cinere illius exterminata ſunt Autore Warnefrid. de geſtis Longobardor. l. 6. Porrò Annô Chriſti 472. cum Imperator Leo nepotis ſui causâ, cui præteritô parente jam imperium deſtinabat, ludos & ſpectacula ederet, die 6. Novembris horâ ſextâ profundæ tenebræ diem texerunt, & cinere tanqvam nive pluit, qvi ad palmæ altitudinem jacuit. Cujus rei causâ ad eum diem annuæ ſupplicationes inſtitutæ ſunt, ut refert Cedrenus & Marcellinus Comes. Præter qvos etiam Sigonius illud incendium annotavit his verbis: *Veſuvius exuſta viſcera evomuit, nocturnisqve in die tenebris incumbentibus omnem Europam minutô cinere cooperuit. Cujus portenti annuam memoriam inſtituerunt Conſtantinopolitani A. D. VIII. Id. Novembr.* Habentur hæc l. 14. Sigon. de imperio occid. Hodie tamen iſtius cultus inſtauratio periit ex Menologiis Græcorum, ut notavit Scaliger Joſephus in c. 8. Svetonii in vit. Titi.

§. 17. Anno deinde Chriſti 512. *mons iterum ingentem hiatum edebat, & inde ſpiritus qvidam*

ater adeò ac denſus erumpebat, ut lucem Solis caligine & tenebris involveret ſtrepitu ita horrendo, ut vicina loca tremore concuteret. Cinis inde tantus effundebatur, ut provincias qvoqve transmarinas obrueret. In Campaniâ verò qvidam qvaſi pulverei amnes fluebant, & arena impetu fervente more fluminis decurrebat, qvâ plana camporum usqve ad arborum cacumina tumeſcebant, & vireſcentia omnia areſcebant, ſunt iterum verba Sigonii l. 16. imperii occid. Cujus levandæ cladis causâ Theodoricus Rex Campanis tributum remiſit. Videatur ejus epiſtola ad Fauſtum Præpoſitum ſervata in variis Caſſiodori. l. 4. epiſtol. 50.

§. 18. Iterum Anno 684. ſub Conſtantini Pogonati imperio anno poſt ejus initium duodecimo circiter Veſuvius per aliqvot dies ignes evomuit atqve omnia aduſſit referente iterum Sigonio l. 2. de regno Italiæ & Anaſtaſio, qvi vitas Pontificum deſcripſit. Conferatur etiam Warnefridius de geſtis Longobardorum l. 6. & chronicum Sigeberti. Inde circa annum 993. ſub Ottone crebra ex Veſuvio incendia prorupiſſe, qvibus tota Italia fuit afflicta & Roma qvoqve ex magnâ ſui parte combuſta, ex Baronio memorat Calviſius ad annum modo dictum. Secuta autem eſt illud incendium Saracenorum in Africam eruptio & excidium Cathaginis, ut habet Paul. Diac. l. 6 c. 4. de geſtis Longobard. Simile incendium poſtea anno 1036. Conrado

Digitized by Google

Imperatore, Benedicto IX. Pontifice contigit, ut ex Bononienſium Annalibus refert Merula in ſuâ Italiâ, iterumqve annô ſuperioris ſeculi poſt trigeſimum octavô, cujus Munſterus l. 2. Coſmographiæ ſuæ meminit.

§. 19. Omnium verò maximè memorandum venit iſtud incendium Veſuvii, qvod annô primô & trigeſimô hujus ſeculi omnia vicina inæſtimabili clade affecit, cùm jam per longas velut inducias omnis præteritorum ex eo monte damnorum memoria evanuiſſet. Ejus incendii circumſtantiæ conſignatæ ſunt in parte II. Theatri Europæi. Ac primô qvidem d. 6. Decemb. terræ qvendam motum vicini tractus ſenſerunt, qvo territi agreſtes rebus ſuis relictis aut convaſatis Neapolin petiverunt. Sub noctem autem horrendi ſtrepitus & inter ſtrepitus vehementiſſimi fragores ſunt auditi, & poſtqvam vaſtum illud corpus magnâ vi concuſſum ingentem in vertice hiatum aperuit, atræ qvædam fœtidæq; nubes ex monte ſe protulerunt, qvas inter ignis etiam ſubinde emicuit, qvi cum initio non niſi ſtricturas qvasdam lucidiores aut ignes feſtivos artificiales exhibere videretur, poſtea tamen funeſta exhibuit prodigia, ſiqvidem unà cum flammis ferventes aqvæ, cineres, & indigeſtæ liqvefactorum intra montis viſcera mineralium & metallorum maſſæ per declivia montis ad inſtar torrentium igneorum in circumjacentes agros ſe effuderunt, donec in ipſum mare delaberen-

berentur, qvod tam inſolenti prodigiô ſtupefactum cum aqvis ſuis ad ipſum centrum ſe recepit. Cælum præterea adeò fuit obſcuratum tenebris, ut dies nocti ceſſiſſe planè videretur. Luctus ubiqve pavorqve & plurima mortis imago. Eodem autem tempore, qvo torrentes illos igneos Veſuvius evomuit, ex aliô latere qvo Palmæ Nolæq; campos deſpectat ingens aqvarum vis ex hiatu montis ſe effundens omnia, longè lateqve demerſit & vaſtavit. Nec diu poſt cum terræmotus iterum invaluiſſent & continuâſſent, ab iis, qvi Veſuvii maritimas radices accolunt, grave qvoddam murmur auditum velut decurrentis à monte torrentis. Illi ergo ignis defluxum aliàs experti comparavêre ſe ad fugam: Dum autem in oppidô turbatur, aqvarum torrens iterum in campos decidit impluviô cœlô, ne qvis ſuſpicari poſſet, ex imbribus forſan eas aqvas collectas & in torrentem cumulatas, ut memorat Cæſar Recupitus in peculiari libello, qvem de Veſuvii incendio edidit citatum à Schotto in Anatomia ſuâ Phyſico-Hydroſtaticâ l. 1. c. 7.

§. 20. Inæſtimabile verò damnum ex iſto incendiô finitimis tractibus eſt illatum. Caſtellum del Greco, ubi qvondam Herculanum ſtetit, totum eſt everſum, neqve qvicqvam ejus præter palatium Stiglianorum Principum illæſum manſit. Cætera omnia ſolo tantùm non fuerunt æqvata, & ne rudera qvidem exigua

Digitized by Google

murorum ſuperfuerunt. Membra verò humanorum cadaverum miſerabile paſſim oculis ſpectaculum exhibuerunt, qvanqvam ne illa qvidem ſatis noſci poterant. Ejusdem loci Gubernator monti propiùs adeqvitans ab ejectis inde cineribus ſimul obrutus eſt & ſepultus. In Pietra Bianca longè miſerabilior fuit rerum facies ob horrendam confuſionem & dilaniationem corporum cùm humanorum tùm aliorum animantium. Everſa præterea fuerunt Caſtellum Annunciatæ, ubi qvondam Pompeji, Reſina, San Giorgo, Jorio multaqve alia prædia. Ex alterâ verò montis parte Octaviano, Scaffatta, Palma, Sant Anaſtaſio, Lauro, Pomigliano, Striano & Sarno. Ipſa qvoqve Neapolis haud fuit indemnis, &, ſi ventus verſùs illam partem ſpiraſſet, dubiô procul hæc nobiliſſima urbium Regina, qvæ 800000 hominum æſtimabatur, fuiſſet everſa.

§. 21. Incredibile eſt, qvàm omnia cineribus fuerint completa. Qvis cladem illius montis, qvis funera fandô explicet, aut poſſit lacrymis æqvare dolorem? Monumentum ejus incendii ad radices montis lapidi legitur inſculptum, cujus hæc ſunt inter alia:

uterum gerit mons hic
bitumine alumine ferrô ſulfure
auro argentô vitro
aqvarum fontibus gravem
ſerius ocyus ignescit pelagoqve influente pariet,
ſed ante parturit
concutitur concutitqve ſolum &c.

§. 22.

§. 22. Neqve ſeqventibus annis Veſuvius plane ceſſavit. Nam & annô 1632. ut & 1635. & 1638. iterumq; 1649. Veſuvius non fumũ ſolùm, uti fermè ſolet, ſed flammas etiam & magnam viſcerum ſuorum partem in auras diſperſit. Ad imprimis etiam Anno 1660. vete peſilli paroxyſmi recruduerunt. Nam cum ſubitò exardeſcere cœpiſſet ad trium ſpithamarum altitudinem, per aliqvot horas cineres eſt ejaculatus. Flammarum ingens copia ad cælum usqve evibrata fumorumqve nubes Neapoli non ſine terroris ſenſu fuit obſervata. Vicos & agros vicinos ita cineribus & lapidibus opplevit, ut intra ſpecus ſubterraneos vel templa vel Neapolin incolis aufugiendum eſſet. Tandem d. 3. Julii fiſſurâ qvadam montis duûm milliarium Italicorum apertâ, cùm & laxamenta majora tumultus accepiſſet, & diſſipata jam materia fuiſſet, qvieti iterum data rabies. Hac noſtrâ ætate, qvanqvam à priſtinis furoribus omninò ceſſâſſe videatur, non adeò tamẽ conqvievit, ut non ſubinde qvandoqve fumum, qvandoqve cineres emittat, qvod hoc ipſo annô etiam contigit. Plura de Veſuvio qvi legere cupit, adeat Rivini orationem de Veſuvio, qvam ante annos aliqvot in hâc Academiâ habuit, & Opitii Carmen Germanicum de Veſuviô peculiare, adjunctasqve ipſi notas, nec non Martini Schoqkii libellum de ardente Veſuviô, Zeilerum, Schottum, Hondium, Leandrum Albertum, Laurentium Schra-

Digitized by Google

drum & alios, qvi Italiæ regniqve præcipuè Neapolitani topographiam ediderunt. Non procul à montis hujus radicibus T. Manlio Torqvato & P. Decio Mure Coſ. Romanos inter & Latinos pugnatum eſt devovente ſe Decio, qvo de Livius l. 8. qvi & alibi montis ejus mentionem facit. Celebris etiam eſt Veſuvius ſtratagemate Spartaci per fauces cavi montis viminei vinculis delapſi juxta Florum l. 3. c. 20.

CAP. IV.

DE ALIIS IGNIVOMIS ITALIÆ MONTIBUS.

Summ.

Tota Italia ignibus ſubterraneis ſcatet & cur? Phlegræi campi depicti à Silio & Kirchero. Mons novus ejusqve incendium. Miſenus. Gaurus. Puteoli. Cumæ. Ænariæ varia nomina, ſitus, incendia. Cremate. Epomeus. Prochyta. Salentinum ſaxum. Ciminius. Montes ardentes in Mutinenſi agro & in Hetruriâ aliisqve Italiæ tractibus.

§. I.

PRæter Veſuvium alii qvoqve ſubterraneorum ignium per Italiam camini reperiuntur. Nam tota ferè Italia cum adjacentibus inſulis, maximè qvà verſus meridiem ſpectat & Tyrrhenô mari cingitur, hujusmodi ſubterraneis ignibus eſt fœcunda, qvod ipſa ſitus ratio ſoliqve natura facile cuilibet perſvadet. Cum enim Ita-

Digitized by Google

Italia à duobus maribus continuò ſpulſetur, multosqve meatus & ventis mariqve pervias cavernas habeat, magnamq; præterea ſulphuris & bituminis copiam generet, haud eſt mirum eam tot locis aut ignes aut ignium certe veſtigia prodere, qvod inter alios obſervavit Baccius de thermis l 4. c. 5. Nos omiſſis thermis & aliis ignium indicibus, montes ſolùm ac colles, qvi vel olim flammas protruſerunt, vel adhuc eructant, ſumus in hoc capite perluſtraturi.

§. 2. Ubi primùm nobis occurrunt Phlegræi campi ſ. Vulcani Forum, qvod hodiè Solfataria dicitur, & qvod freqventibus olim incendiis conflagrâſſe multa veſtigia convincunt, & multorum teſtimonia confirmant. Hos Phlegræos campos è Veteribus egregiè Silius depingit l. 12.

—— —— ſulfure & igne
Semper anhelantes coctôq; bitumine campos
Oſtentat tellus atrô exundante vapore
Suſpirans, uſtisq; diu calefacta medullis
Æſtuat, & Stygios exhalat in aëra flatus.
Parturit & tremulis metuendum exſibilat antris
Interdumqve cavas luctatus rumprre ſedes
Aut exire foras ſonitu lugubre minaci
Mulciber immugit, lacerataq; viſcera terræ
Mandit, & exeſos labefactat murmure montes.

§. 3. E recentioribus Kircherus l. 4. mund. ſubt. *non procul* Puteolis inter fauces montium planities longè lateqve exporrecta in conſpectum ſe dat. Locus omnino horore & formidine plenus longam dicunt pedibus 1200. latam 1000. qvam Plinius Campos Phlegræos à flam-

mis

Digitized by Google

mis & ardore vocari ſcripſit, Cornelius autem Strabo Forum Vulcani appellat locum, ubi & ab Hercule ſuperatos Gigantes qvidam fabulantur. Colles ibi paſſim flagrare fundô ſpectantur in imô. Nam magnos ubiqve cum odore ſulfureô per plura foramina ſemper exhalant fumos, qvi per omnem vicinam regionem ventis etiam Neapolin usqve deferuntur. Circumdatur tota hæc planities collibus ſive rupibus præcelſis, qvarum vertex qvondam præaltus perpetuis tandem ignibus depaſtus in vallem profundam ſubſediſſe ex ipsâ loci formâ colligitur. Itaqve qvi qvondam vertex mons ingens, in planâ valle foſſa eſt, qvæ coſtæ vel latera montis olim, modò ſcopulorum ac rupium cacumina ſunt. Et hi olim qvidem Dione Caſſio teſte majore copiâ ignes flammasqve evomebant, montes qvoqve vicini continuò ardebant, & velut è fornacibus fumos ejiciebant ſpiſſos & aqvas igneas. Nunc temporis autem ipſa planities non ſecus ac colles Phlegræi flammis perpetuis exhauſti foraminibus infinitis cavernoſi ſunt, & materiâ coloreq; ſulfureô flavent ubiqve. Solum qvoqve cum tangitur à ſupra ambulantibus, qvaſi tympanum propter concavitates reſonat crepitatqve, ſentiasqve non ſine ſtupore ſub pedibus ferventes aqvas fumosqve denſos & ignitos ſibilare ac fluere hinc inde cum magnô fragore per tubos atqve cavernas ſubterraneas vi exhalationum factas, qvæ qvanta ſit, experieris, ſi foramen aliqvod obtures

vel

Digitized by Google

vel gravi lapide, eundem mox impetû fumi eructare videbis.

§. 4. Hæc Kircherus, & poſtqvam deinde lacunam aliqvam in iſtis collibus bullientes aqvas, easqve nigriores in altum ejaculantem, deſcripſit, hæc ſubjungit: qvid dicam de montibus & ſcopulis, qvibus Vulcanius hic campus ſtipatur? Spectantur in hiſce caminorum ductibus ſpiracula non pauca, qvorum aliqva perpetuum ventum formidabili cum ſonitu & fragore eructant tanto cum impetu, ut ſi lapidem injeceris, eum mox denuò repercuſſum magna vi foras projectum recipias; nonnulla fumum flammis mixtum ejaculantur. In infernô Te conſtitutum diceres, ubi omnia horrida, luctuoſa & formidanda rerum facie, ſulfuris qvoqve bituminis, naphthæ, aliorumq; mineralium fœtore tantum non exanimeris. Conferantur ea qvæ habet Turlerus in libr. de agro Neapolit.

§. 5. In eodem agrô Puteolanô, qvi Phlegræos colles habet, eſt & Mons Modernus prope Bajas Anno 1538. enatus. Tunc enim tellus inter Puteolos & Bajas, horrificô cum fremitu diducta magnam cum fumis cinerum lapidumqve copiam ejecit, ex qvâ novus qvidam mons fuit compoſitus Miſenô haud inferior, qvi ſæpe fumum flammasqve eructavit, ut memorat Megiſerus in deliciis Neapolitanis c. 7. Mons iſte ſpiraculis plenus eſt, ut teſtatur Agricola l. 2. de ort, & cauſ. ſubterran. c. 12. intusqve flagrat

&

& fremit, fumumqve multis in locis emittit. Littus etiam ad radices montis fumat, arena calet & mare æſtuat. Ac eo qvidem tempore, qvo primùm ſubnaſci cœpit ejectis cineribus & pumicibus non Tripergulanæ modò balneæ, ſed Averſus etiam & Lucrinus Lacus ſunt contaminati, qvin & in Apuliam & Brutium cineres delati ſunt, ibiqve campi paſſim obruti & conſpurcati. Videatur hoc de monte etiam Simon Portius in lib. de incendiô Puteolano & Hieronymus Turlerus in lib. de agr. Neapolit. præterea Leander Albertus, Capaccius, Jacobus Toletanus, Hieron. Borgia, M. Antonius Falcon & alii.

§. 6. Miſenum etiam ardere per tempora tradit Baccius l. 1. c. 18. de therm. Idem de Gauro prodit Agricola in lib. de nat. eor. qvæ effl. ex terr. itemqve Servius in 3. Æn. cùm ſcribit: ſunt terræ qvædam deſudantes ſulphur, ut pænè totus tractus Campaniæ, ubi ſunt montes Veſuvius & Gaurus. Refert Kircherus circa Puteolos & Cumas ardere paſſim ignium ſpiracula, nec non ad Avernum lacum hiatus ob æſtum inacceſſos dari c. 3. l. 4. mund. ſubt. imò totam Campaniam in ſuperficie qvædam conflagrationum indicia præ ſe ferre notius eſt, qvàm ut multis adduci debeat.

§. 7. Qvod ſi è Campaniâ tranſeamus in Iſchiam, qvam veteres Arimen, Inarimen, Æſtariam, & Pithecuſas appellant, Campaniæ

Digitized by Google

qvondam adhærentem, poſtea verò graviſſimò terræ motu velut à corpore divulſam, adeòqve Tyrrheno pelago nunc incluſam, non obſcuris indiciis deprehendemus, ignes Veſuvii, totiusq; Campaniæ cum hac etiam inſulâ per occultos qvosdam canales communicare. Siqvidem Strabo memoriæ prodidit, Chalcidenſes & Eretrienſes veteres hujus regionis incolas crebris ignium eruptionibus afflictos inde demigrâſſe. Cui fidem facit locus ille terribilis non longè ab Hyſclâ urbe, qvæ tunc Gerunda dicebatur, diſſitus, ab antiqvæ ruinæ veſtigiis adhuc nomen ſervans & Cremate dictus. Is regnante in Siciliâ Carolo II. non modicâ ſui parte combuſtus eſt, qvo tempore horrendi flammatum globi in cœlum prolati ſunt ejectisqve cineribus & ſaxis cœlum obſcuratum. Duravit id incendium per duos menſes multisqve non ſolùm animantibus rationis expertibus, ſed hominibus etiam fugâ non dilapſis exitium attulit. Ita ex Elyſio Pandulpho Pontano refert Ortelius in ſuo theatrô.

§. 8. Idem tradit, qvod in mediô hujus inſulæ jaceat mons Epomeus vel, ut aliis dicitur, Epopeus, qvem S. Nicolai hodie indigitant. Eum ignes freqventer evomuiſſe Timæus etiam apud Strabonem l. 5. confirmat.

§. 9. Similibus fatis obnoxia Prochyta legitur, qvæ vel ab Æneæ nutrice, vel qvod ab Ænaria, cui qvondam cohæſit, veluti profuſa ſit, ſic dicta

vetus

Digitized by Google

vetus adhuc nomen ſervat. Sic igitur hac de inſulâ Pontanus l. 2. de meteor:

Pulvereum qveritur ſpargi Prochyta ardua nimbum,
Illa ſolô fumante gravi concuſſa ruinâ
Spargit deſertos incendia lata per agros,
Pertimuit mare flammigeros devolvier amnes,
Incenſum & latè ſcopulos ſuper aera ferri.

Itaqve Silius Italicus Gigantem etiam huic inſulæ ſupponit l. 12.

Apparet Prochyte ſævum ſortita Mimanta.

§. 10. Ad Egnatiam porrò Salentinorum oppidum eſt ſaxum, in qvod ſi lignum fuerit appoſitū, continuò flammæ exiſtunt Agricol. l. 4. c. 19. Idem refert ex Florentiolâ, qvod caſtelli nomen eſt in agrô Florentinô, Bononiam proficiſcenti ad dextram altum montem occurrere, qvi ſemper fumum & flammas emittat. c. 17. ignis tamen ejus die non apparet, ſed fumus tantum ob Solis lumen juxta Fallopium c. 5. de thermis.

§. 11. Mons Ciminus magnam ignis vim in antris ſuis fovet, qvam Viterbium verſus in totam planitiem halitu qvodam ſulfureô refertam aridisqve glebis & multis thermis celebrem diffundit. Colles Euganeos etiam circa Aponi balneas olim arſiſſe multa teſtantur indicia juxta Baccium l. 4. c. 5. de therm. Ex eodem conſtat, in Apenninô ad Petram malam eiqve vicinis locis exerere ſe latentem ignem. Aer qvippe noctu ibi ſcintillat, Autore Kircherô, diuqve ceu ex ardente ſubtus fornace caligat & fumat, injectasqve calefacit aqvas & ſtipulas accendit.

§. 12.

Digitized by Google

§. 12. Totus tractus inter Gabelli, qvi nunc Secchia vocatur, & Idicis amnium fontes ignibus ſcatet. Totus item tractus inter Scultennam ſeu, ut nunc vocatur, Panarum amnem ad vicum usqve, cui vulgare nomen Monte Gibio, calore fœcundus eſt & interdum ardet. Extititqve ſuperiore ſeculo in monte Zibiô, qvi totus cavernoſus eſt & bitumine abundat, ingens incendium. Flamma enim repentinò ſummi collis hiatu in cœlum emicuit, ignisqve pluribus diebus arſit, donec conſumtâ materiâ ejecti cinerum lapidumqve & terræ globi alium juxta effecere collem priore flammis abſumtô. Apertis poſtea temporis qvibusdam pingviſſimis fodinis ſub Monte feſtino oppido, cum lychni imprudenter admoverentur, ſuccenſâ repentè materiâ operarios vis flammæ partim abſumſit, partim horrendis modis extra ſpecum proturbavit. Deſumta ſunt hæc ex Cluverii Ital. antiq. l. 1. c. 28.

§. 13. In agrô præterea Mutinenſi in vico Varigazzo vel Baragazza mons eſt, & in monte qvædam areola, è qvâ ſemper ignis prodit, etiam cum pluit aut ningit, ut teſtatur Fallopius c. 5. de therm. *Eſt locus*, inqvit Baccius l. 5. c. 15. *in montanis triceſimô milliariô à Mutina, Barigaclium vocant, ubi fumus interdiu, favillæ noctu viſuntur ſlambere, qvem locum intellexiſſe Plinium ardere ſolitum arbitratur Franciſcus Cavalerinus Medicus Mutinenſis, ſingularis judicii vir, ex cujus*

 rela-

relatis ac fide civium hanc historiam ſcripſimus. Hinc regio tota gravi redolet halitu & terreni qualitas paſſim arida viſitur ac ſterilis, ſummis præſertim colliculis, & quaſi exuſta cinere tophog, concreta ſurculoſos duntaxat frutices eosq́; breves progignit &c. Adducit eodem in loco Baccius etiam Plinii locum ſcribentis, in Mutinenſi agro ſtatis Vulcano diebus ignem exire ſolitum. Item alium, ubi refert, L. Martio S. Julio Coſ. cùm duo montes in agrô Mutinenſi concurriſſent, flammis ac fumo omnia fuiſſe conturbata. Qvibus addi poteſt Kircherus, qvi in Mutinenſi agro duo loca notat incendiis famoſa, duos item in Hetruriâ montes, alterum in Apenninô, alterum in Felſina ſeu Bononienſi agrô. Sed de his jam paulò ſuperius.

CAP. V.

DE MONTIBUS IGNIVOMIS ISLANDIÆ, GRÖNLANDIÆ ET LOPPIÆ.

Summ.

Ignis ſubterranei in plagis Arcto vicinis utilitas & neceſſitas. Tres ardentes in Islandiâ montes. De monte Crucis & Helgâ qvid ſtatuendum. Heclæ incendia. De ſpectrorum ad Heclam apparitionibus, aliisq́; ſingularibus. Blefkenii fides ſuſpecta. Mons Grönlandiæ ignem evomens. Alii in Loppiâ.

§. I.

Digitized by Google

§. 1.

SEd nec ultimas omninò Septentrionis plagas ab his incendiis immunes eſſe planè voluit provida naturæ benignitas, ut terræ credi, qvas ad intolerabilem frigoris inclementiam cœli poſitas damnâſſe videri potuiſſet, ſubterraneô calore temperatæ non ſolùm commodiùs habitari, ſed qvicqvid etiam ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem pertinet, ſubminiſtrare poſſent. Itaqve *tellus extremis ſubjecta frigoribus, tantis caloris fomentis exuberat, ut ignium perennitatem arcanis inſtruat nutrimentis, æternumq; fovendis ardoribus præbeat incentivum* juxta Saxonem Grammaticum præfat. hiſt. Dan.

§. 2. Ac Islandia qvidem veterum illa Thule tres habere montes vulgo memoratur Heclam, Helgam & Crucis, *qvorum vertices perpetuis nivibus candicant, radices flammis comburuntur*, uti ferè verba ſunt celebris iſtius rerum Septentrionalium Scriptoris Olai Gothi ſive Magni. Sed Helga qvidem & alter ille, cui Crucis nomen eſt, haud adeò ſunt celebres. Arngrimus certè Jonas ibi locorum natus, adeoqve rerum Islandicarum haud imperitus, Eccleſiæ Melſtadienſis qvondam Paſtor & vicinarum Præpoſitus unum ſolùm in patriâ ſuâ montem ignivomum agnoſcit. Et ſecutus hac in parte conterraneum ſuum, qvi ſuperioribus annis in Academiâ Witebergenſi brevem hujus inſulæ chorographiam edidit, Georgius Thorlavius Hoſſ

Digitized by Google

Islandus duos è plurimis Islandiæ montibus præ cæteris notabiles aſſerit, alterum altitudine Snöfelsjokul vulgo dictum, alterum ignium eructationibus nimirum Heclam. Nam Helgam ne montem qvidem eſſe ſcribit, ſed colliculum nullis unqvam incendiis infeſtatum. Crucis autem in Islandiâ nullum planè montem eſſe refert, qvi peculiare qvid habeat.

§. 3. Sed qvicqvid de monte Crucis & Helgâ ſit, Hecla certè, qvod apud omnes conſtat, inteſtinos æſtus & ſubterranea, quæ fovet, incendia non ſemel prodidit, qvin & in vehementioribus paroxyſmis permiſtos cineribus pumices magnô ſæpe cum fragore eructavit, & ad ſinum usqve qvem Skagafiord appellant 30. plus minùs milliaribus inde diſſitum cineres projecit. *Hecla mons*, ait Saxo Grammaticus præfat: hiſtor. Danic. *rupem ſideream perpetuis flagrationis æſtibus imitatus incendia ſempiterna jugi flammarum eructatione continuat. Cum furit*, verba ſunt Agricolæ l. 4. de nat. eff. *horribilia tonitrua inſonat, projicit ingentia ſaxa, ſulfur evomit, cineribus egeſtis omnia longè lateqve complet, ut ad vigeſimum lapidem terra coli non poſſit. Qvi naturam tanti incendii contemplari cupiunt, & montem propiùs accedunt, eos vorago aliqva vivos abſorbet. Nam & multa ſunt & ita cineribus tecta, ut ab ipſis ſibi ſatis nemo cavere poſſit. Atqve etiam prope exit ignis, qvi conſumit aqvam, ſtuppam non comburit.* Agricolam ſeqvitur Mercator & alii:

Alle-

Allegat Ortelius in theatr. mund. chart. 98. literas cujusdam Brunonis ad ſe ſcribentis, Heclam inſtar Ætnæ perpetuis ignibus æſtuantem Anno 1580. tantô fragore ac tonitru ignes eructâſſe, ut inde ad 80. milliaria grandiores machinæ bellicæ explodi putarentur. Peucerus in ſuis de Divinationibus libris cum Heclæ mentionem facit, *Hecla*, inqvit, *immanis barathri vel inferni potiùs profunditate terribilis ejulantium miſerabili & lamentabili ploratu perſonat, ut voces plorantium circumqvaqve ad intervallum magni milliaris audiantur.* Addit circumvolitare corvorum & vulturum agmina, qvæ nidulari ibi ab incolis exiſtimentur, & perſvaſum habere ſibi vulgus, deſcenſum eſſe per voraginem illam ad inferos, eò qvod ferè, cum alibi prælia committuntur, aut cædes cruentæ fiunt, commoveri horrendos circumcirca tumultus, & excitari clamores ingentes ac ejulatus, longâ didicerint experientiâ. Eraſmus Michaelis de Heclâ Gallicè ita cecinit:

——— ——— ſe couche
Le jour y a un mont, qui bruſle & de ſa bouche
Jette pierres & feux ſi que le firmament
Par les flammes d'Hecla reluit inceſſament.

qvi verſus apud Mercatorem ita leguntur Latinè redditi:

Æſtuat æternis per aperta foramina flammis
Eructatqve globoſa cinerum, trepidosq; boatu
Hecla tonans interſperſa pice ſidera lambit.

Digitized by Google

Similia leguntur apud Olaum Magnum, Münſterum, Tholoſanum & ſi qvi fortè ſunt alii.

§. 4. Sed hi qvidem, qvos hactenus recenſui, Scriptores pleriqve, qvæ vel ex vulgi relatione vel ex aliorum hiſtoriis hauſerunt, ſcriptis ſuis intulerunt. Haud abſimilia tamen Dithmarus Blefkenius oculatus, ut ipſe præ ſe fert, harum rerum teſtis memoriæ prodidit, qvi ex commendatione Regii Præfecti, cujus in familiâ vivebat, ipſe montis hujus miracula coràm perveſtigavit, & duobus Islandis unoqve Danô comitatus per aſpera montoſa cineribusqve & pumicibus repleta loca, qvibus qvatriduum inſumendum fuit, magno cum labore pariter & periculo contendere non dubitavit, ut Heclam propiùs contemplari poſſet, aſcenſurus dubio procul, niſi repentè poſt auditos in terræ viſceribus fragores cærulei coloris flammæ prorupiſſent, qvarum tetertimô odore penè extinctus vix ad relictos comites, qvi propiorem acceſſum diſſvaſerant, vivus evaſit.

§. 5. Atqve is cum in percenſendis Islandiæ montibus occupatur, *tertius*, inqvit, *mons ad Septentrionem eſt non adeò excelſus, annos verò complures arſit. Atque hic haud procul à mari eſt, ventiqve ex parte illum alluit, Hecla dicitur, interdum flammam, aliqvando ignitam aqvam, poſt nigrum cinerem & pumices tantâ qvidem copiâ ejicit, ut Solem obſcuret. Nemo qvoqve in propinqvo ad 6. milliaria habitare poteſt, neqve paſcua*

ſcua

[illegible] ſunt; Aliqvando homines audaces & vitam nihili facientes lapides per cavernas injiciunt (nam interdum mira eſt in monte tranqvillitas, præſertim ubi Zephyrus ſpirat) ſed immiſſos lapides ſtatim horribili cum fragore ac ſonitu rejicit. Eodem anno, pergit ille qvibusdam interjectis, *qvo in Islandiâ eſſem (Anno 1568.) die 19. Novembris circa medium noctis in mari juxta Heclam flamma apparuit, qvæ totam Heclam illuſtrabat. Seniores & hujus rei periti ex Heclâ hoc lumen venire dicebant. Poſt horam tota inſula contremuit, qvaſi ſedibus moveretur, poſt terræ motum ſecutus eſt horribilis fragor, ut, ſi omnia tormenta bellica exploderentur, nihil ad hunc terrorem eſſet. Totam mundi fabricam corruituram poſtremumqve adeſſe diem credidimus. Compertum eſt poſtmodò mare ad duo milliaria retrò ceſſiſſe.*

§. 6. His ſubnectit qvædam de perſvaſione vulgi credentis, damnatorum hic animas torqveri, cum horrenda Dæmonum ibi ſpectra nunc exeuntium, nunc adductis animabus revertentium circumvagentur, è qvorum aſpectu piſcatores Heclam juxta navigantes prælium alicubi locorum commiſſum colligant. Qvo accedit, qvod ſi qvi fluctibus aut aliô caſu perierint, amicis ſuis ad Heclam appareant, qvæſitiqve qvorſum tendant? ad Heclam reſpondeant iterumqve evaneſcant.

§. 7. Neqve prætermittere poſſum qvam

 idem

Digitized by Google

idem Autor in Islandiâ vulgo circumferri memorat hiſtoriam, qvòd nimirum piſcator aliqvis ignotus ab alio qvodam obviam ſibi facto qvæſitus: qvò vel unde? reſponſum dederit, ſe Bremenſem Epiſcopum ad Heclam deducturum, & poſtea fuerit compertum, eâdem illâ die Epiſcopum è vivis exceſſiſſe. Admiratione qvoqve dignum, qvod de glacie ſubjungit, qvæ ſingulis annis ſub initium Julii magnâ copiâ ex improviſô mare propter Heclam alluit, & dum vi ventorum ad ſcopulos torqvetur, lugubriùs qvid inſonet, ac ſi miſerabilis ejulatus audiatur. Et hinc errorem apud Islandos natum putat, qvòd damnatorum animas, haud minùs in illa glacie, qvàm in Hecleis flam̃is cruciari credant.

§. 8. Et hæ ferè ſunt Autorum de ſingularibus hujus montis prodigiis relationes multis ut opinor, fabulis immerſæ. Nimirum à verô non abludit, qvod aſſerit alicubi Syneſius, ultimam Thulen propter maximam ab aliis terris diſtantiam multis citra reprehenſionem mentiendi feciſſe facultatem. Ac etſi Camerarius centur. 3. hor. ſubciſ. c. 17. Bleſkenio multum tribuat, eò qvòd non, ut alii, tantùm ex auditu, qvæ ſcripſit, hauſerit, ſed αὐτόπτης omnia præſens obſervaverit, haud deſunt tamen, qvi non modò ſuſpectam hominis fidem habent, ſed etiam apertè mendaciorum arguere non verentur, è qvibus, ut alios jam omittam, qvem ſuperiùs laudavi, Arngrimus Jonas ſpecialem errorum Bleſkenianorum anatomen edidit, cujus

Digitized by Google

in part. 2. c. 4. hæc ſunt verba: *Plura ſunt, quæ Diabmani fidem elevent: 1. Quod Heclam dicat ad Septentrionem ſitam; cum ſit Islandiæ meridionalis mons. 2. quòd Heclam montem maritimum faciat, eamque dicat à mari allui, cum ſit Hecla mons magis mediterraneus & aliquot milliaria à mari diſtans &c.*

§. 9. Tranſeamus ad Grönlandiam. Nam & ibi mons qvidam ignivomus reperitur ad monaſterium Ordinis Prædicatorum, qvod D. Thomæ vocant. Sic enim Nicolaus Zenus Venetus Archithalaſſus Regis Daniæ, qvi oram hanc detexit & perluſtravit, *viſitur hîc*, inqvit, *Monaſterium Dominicanorum & ab eo non procul mons ignivomus, è cujus pede fons ignitus erumpit. Hujus fontis aqvis per tubos derivatis non modò omnes cellæ monachorum inſtar hypocauſtorum calefiunt, ſed etiam cibi & panis ipſe coquitur. Tophum ſeu pumicem mons evomit, ex qvo totum ſtructum eſt cœnobium. Tophi enim hi aqvâ illa perfuſi quaſi adhibitô bitumine conglutinantur. Hic item horti pulcherrimi aqvâ ferventi irrigati, in qvibus flores & fructus omnis generis.* Verba Zeni leguntur apud Ortelium in theatrô mundi & apud Kircherum mund. ſubter. l. 4. c. 5. qvi Heclam Islandiæ cum hoc Grönlandiæ monte tacitè correſpondere putat per occultos cuniculos. Qvin & l. 2. c. XI. Grönlandiæ Vulcanos aliosqve in vicinis ſive inſulis ſive continentibus polo circumſitis in terræ igneæ, vulgò del Fuogo, in-

Digitized by Google

cognitos ſuos continuare putat, adeò ut fortè polus Antarcticus ob ignivomorum montium multitudinem ſit inacceſſus.

§. 10. Antequam à ſeptentrionalibus his locis diſcedam, adjiciam quoque montes in Lappia vel potiùs Loppiâ regione Ruſſiæ, quos Olaus in Ætnæ ſimilitudinem flammas eructare ſcribit. Idem aſſerit Gvagninus in deſcriptione Moſcoviæ, & adjicit, quòd Salamandræ ſint in illis ignibus frequentes.

CAP. VI.

DE MONTE CARBONUM IN HERMUNDURIS.

Summ.

In Germaniâ, Galliâ, Hiſpaniâ, Britanniâ pauci montes ignivomi. Montis Carbonum ſitus, materia, incendia. Caſu fuit aliqvando ſuccenſus. Agri Weidenſis conflagratio.

§. 1.

EX his videre licet, etiam ſub Arctô ſubterraneos ſuos focos naturam aut potiùs naturæ Conditorem Deum Opt. Max. conſtituiſſe. In Germaniâ verò noſtrâ, qvemadmodum & in Galliâ atqve Hiſpaniâ, nec non Britanniâ, tametſi paſſim ſulphurei qvidam crateres & lacunæ fumum aut aliud aliqvod ignis indicium prodentes

Digitized by Google

tas repeliuntur, & thermarum qvoque multitudo ſubterraneos ignes paſſim prodat. Vulcanii tamen montes, qvàm in aliis regionibus, ſunt pauciores.

§. 2. In noſtrâ Germaniâ celebris eſt mons ad tertium ferè lapidem à Cygneâ ſitus, qvem lingvâ vernaculâ den Kolberg/ qvaſi montem Carbonum vocant. E cujus ardentibus fornacibus effodiuntur lapides terræ calore excocti, atri & leves, perinde ut carbones, ſed tamen pingves, qvos aliàs carbones foſſiles ſ. bituminoſos, item lithanthraces vel ſimpliciter anthraces item terram ampelitidem appellant.

§. 3. Hoc de monte ſic Agricola l. 4. de naturâ eorum, qvæ effluunt ex terrâ: *In Miſenâ Germaniæ regione mons Carbonum, qui diſtat à Zvicâ nobili oppidô ad tertium lapidem, ſemper ardet in ſuperficie, decidentibus paulatim foſſis, qvas ſi qvis intueatur, fornaces ardentes eſſe apparent. Materiam non prorſus admotam, ſed ex intervallo qvatuor pedum diſtantem, ignis accendit.* Et paulò poſt: *verùm incendii, quod in Miſenâ eſt, principium hominum ætas non novit. Ante qvadraginta annos vehementiùs arſit mons, adeò ut metum incuteret oppido. Quia verò in ſuperficie tantùm ardet, veriſimile eſt, eum qvoq; ab homine primùm fuiſſe accenſum.* Iterum l. 2. de ortu & cauſis ſubterran. his verbis ejusdem montis Idem meminit: *in iis Hermunduris, quos Miſanos hodie vocant, mons Carbonum, qui abeſt à*

Zvic-

Zviccâ oppidô ad duo millia paſſuum, ardet. Cum enim ſuo tempore viret: tamen ſemper continet in ſe ignem comburentem ſæpenumero ſubſtructiones eorum, qvi id genus bitumen effodiunt, interdum betullas, qvibus mons veſtitus eſt. Me autem puerô per aliqvot dies magnô arſit incendiô. Et iterum alibi: *ſed horum carbonum fodina cum nobis adhuc pueris accenſa eſſent, mons non aliter ac olim Ætna aut Veſuvius arſit atq; flammas evomuit, ut urbi etiam qvæ tamen ad tertium ferè lapidem abeſt, terrorem incuteret.*

§. 4. Althamerus etiam in Commentariô Taciti ſe montem hunc aſſerit vidiſſe fumantem, cum è Lipſiâ Zviccaviam profectus fuiſſet. An. 1479. cum aliqvis venatorum vulpeculam perſeqvens bombardam in fodinam ejus montis aliqvam imprudens exploſiſſet, vehementer eum fuiſſe ſuccenſum memorant Schmidius in chronici Cygnei poſteriore parte, & Albinus in chronico Miſnenſi metallico tit. 28. Deinde annô Chriſti 1505. iterum ejus montis incendium invaluit. Et hoc forſan illud incendium eſt, qvod Agricola, qvi natus eſt circa annum 1494. ſe puero contigiſſe ſcribit.

§. 5. Idem Albinus putat ignem ejus montis qvandoqve per ſubterraneos canales latè divagari, idqve probat ex eo, qvòd 1549. agrorum qvidam tractus ad Weidam in Variſcis ſitum oppidum per duorum menſium ſpatium conflagrârit. Ad qvod incendium Fabricius his verſibus alludit:

Et

Digitized by Google

Et micat è mediâ conditus ignis humô.
Plana Nariſcorum cum tellus arſit in agrô,
Ter curvâ nondum falce reſecta Ceres.
Non dedit hoc damnum paſtor nec Jupiter ignes,
Vulcani per ſe ruperat ira ſolum.

CAP. VII.

DE RELIQVIS EUROPÆ MONTIBUS IGNIVOMIS.

Summ.

Chimæra mons ejusq; incendia. Poetarum de Chimærâ fabulæ, earumq; interpretatio. Ephæſtii montes. De Nymphao. Carpathus & Gazevale. Montes Obii Pyrenai. Locus ardens in Scotiâ.

§. I.

IN *Phaſelide* (vel forſan rectiùs, in Phaſelitis, ut placet Salmaſio in exercitationibus Plinianis ad Solini Polyhiſtorem & qvidem ad caput 38. & 39. ubi de ſitu Chimæræ & Hephæſtiorum montium aliqva adducit) *flagrat mons Chimæra immortali diebus ac noctibus flammâ, cujus ignes aqvis accendi terra vel fœnô extingvi Gnidius Cteſias tradit.* Ita Plin. l. 2. natur. hiſtor. c. 106. Meminit ejusdem & Solinus c. 52. *qvod in Campaniâ Veſuvius*, inqvit, *in Siciliâ Ætna, hoc in Lycia Chimæra eſt.* Et ex hoc ipſo loco Solinum Plinio fuiſſe poſteriorem haud malè colligunt eruditi.

eruditi, cum Plinius ſuô tempore de Veſuvianis ignibus nihil qvicqvã habuerit compertum, niſi cum ab illis periret. Mela qvoqve l. 1. c. 11. cum Lyciam deſcribit, Chimæræ qvondam ignibus eam infeſtatam eſſe ſcribit, niſi fortè ſub Chimæræ nomine monſtrum illud ignivomum & triforme, qvod ex Echidnâ patre Typhone prognatum & à Bellerophonte poſtea transfixum vult intelligi, qvòd è Græcis Poëtis Homerus Iliad. 2. & Heſiodus ita deſcribunt:

— — Θεῖον γένος οὐδ' ἀνθρώπων
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων μέσση δὲ χίμαιρα
Δεινὸν ἀναπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

h. e.

— — Divum genus haud humanum
Antè leo retroqve Draco medioqve Chimæra
Emittens rapidos diris è faucibus ignes.

E latinis verò ſic Ovidius:

Qvoqve Chimæra jugô mediis in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.

Et Lucretius l. 5.

triplici cum corpore ut una
Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra
Ore foras acrem efflaret de corpore flammam.

Videatur idem l. 2.

§. 2. Sed huic ipſi fabulæ Chimæra mons ignivomus occaſionem præbuiſſe videtur, ut cujus in ſummâ parte leones habitaverint, ima ſerpentibus, media paſcuis abundaverit, & qvem Bellerophon habitabilem reddiderit. Hôc modô Poetarum de Chimærâ fabulas expo-

nunt

Digitized by Google

nunt Alcimus in rebus Siculis & Syracuſius Nymphodorus apud Natal. Comit. l. 9. mythol. c. 4. Qvibus addi poteſt Servius in illud Virgilii l. 6. æn. *flammisq; armata Chimæra.* Imò & Solinus. Sic enim de Chimærâ l. cit. *hic mons nocturnis æſtibus fumos exhalat. Unde fabula triformis monſtri in vulgus data eſt, qvod Chimæram animal putaverunt.* Huc pertinet locus Plutarchi in libr. de claris mulieribus ſcribentis, Chimæram montem qvendam fuiſſe ſonos horrendos & incendia emittere ſolitum, qvibus ager finitimus infeſtatus nec arbores nec fruges produxerit, at Bellerophonte jubente partem reſcindi, qvæ erat planiſſima, compoſitum fuiſſe ſonitum & magnum adhibitum regioni remedium. Qvanqvam nec aliæ commenti de Chimærâ interpretationes deſunt, de qvibus Natalis Comes l. c. prolixius videri poteſt.

§. 3. Non aliter ac Chimæra Hephæſtii qvoqve montes flagrant, qvod ipſum etiam nomen indicat, ut qvi dicti ſint ἀπὸ τοῦ ἡφαίστου, hoc eſt, à Vulcanô ſeu igne. Memorabilibus accenſendum, qvod Plinius his de montibus aſſerit l. 2. c. 106. *flagrant in Lyciâ Hephæſtii montes, baculo ſi qvis ex illis accenſo ſulcos traxerit, rivos ignium ſeqvi narrant.* Nec minùs illud, qvod Seneca epiſt. 51. *In Lyciâ regio notiſſima eſt, Ephæſtion incolæ vocant, perforatum pluribus locis ſolum, qvod ſine ullô naſcentium damnô ignis innoxius circuit. Læta itaq; regio eſt & herbida nil flam-*

Digitized by Google

flammis aduréntibus, ſed tantùm vi remiſſa & languidâ refulgentibus.

§. 4. In Liburniâ præterea non procul à littore prope Apolloniam petroſus mons eſt, è cujus vertice ſæpe emicat fumus & flamma teſte Varen. Geograph. gener. l. 1. c. 10. prop. 5. n. 20. Digitum intendit forſan ad Nymphæum, de qvo Plinius loc. cit. *Nymphæi crater dictus Apolloniatis ſuis portendit.* Ejusdem Strabo qvoqve meminit l. 7. qvi refert, ignes Nymphæi pluviis creſcere potiùs, qvàm extingvi. Freigius l. 20. qvæſtion. phyſ. inter montes ignivomos refert etiam Carpathum & Gazevalem.

§. 5. Apud Celtas cum montes Riphæi, poſtea Obii dicti, nunc verò Alpes (ſunt autem Galliæ) aliqvando incenſi eſſent, argenti rivi per terram defluxerunt Alex. ab Alex. l. 6. c. 4. & ex eo Zvvingerus ac Beyerling. in theatrô. Hauſtum autem id videtur ex Diodorô Siculô, qvi l. 5. rer. antiq. c. 9. *Pyrenei montes,* inqvit, *à mari, quod ad meridiem jacet usq; ad Oceanum fermè ad Arctos ſitum Galliam ab Iberiâ dividunt. Per Celtiberiam qvoq; protenduntur ſtadiorum 3000. in qvibus cum ſint freqventes ſylvæ ſerunt priſcis temporibus igne à paſtoribus injectô montanas omnes regiones fuiſſe combuſtas, qvæ ex re Pyrenæi montes dicti. Ardente continuis diebus igne multi ex montibus argenti puri rivuli flammarum vi effluxêre, qvod incolis ignotum Phœnices mercatores vili rerum permutatione emptum*

in

in Græciam, Aſiam aliasq; regiones deferentes magnas opes ex iſtis commerciis extruxêre. Autor eſt præterea Joh. Petrus Faber in Hydr. ſpag. l. 2. c. 4. in Pyreneis montibus prope pagum Dax ignes copioſos viſibili & violentiſſimâ flammâ prodire.

§. 6. *In Scotiâ locus eſt vigeſimum circiter lapidem ab Edenburgo, quem areum carbonum appellant, qui terrenô bitumine abundans ardet non ſine magnô incolarum damnô.* Agricol. de nat. eor. quæ effl. l. 4. c. 7. De monte in Angliâ prope Wieddenbourgum jam in præfatione diximus. Et hi ſunt, quos apud Autores invenio montes ignivomos Europæ.

CAP. VIII.

DE MONTIBUS IGNIVOMIS ASIÆ.

Summ.

Vulcani ſeu montes ignivomi in Bactris, Mediâ, Perſiâ, juxta Gratianopolin, in Septentrionali Tartariâ, Indoſtan, Mogor, Tibet, Camboja, Zeilanô, Guineâ novâ, Chinâ, Japan & vicinis inſulis, in Philippinis, utrâq; Javâ, Bandâ, Timor, Sumatrâ, Moluccis & Mauricis inſulis.

§. 1.

LOngè plures in Aſiâ ſunt montes ignem evomentes. *Flagrat,* Autore Plinio l. 2. c. 106.

 in

Digitized by Google

in Bactris Caphanti noctibus vertex. Alius maritimi Scythiam & Mediam inter meminit Priſcus Rhetor in legationibus apud Barthium in notis ad l. 1. de rapt. Proſ. Claudiani. *Flagrat*, ut iterum Plinius loc. cit. refert, *in Medis & Ceſtiâ gente confiniô Perſidis Suſis quidem ad turrim albam è 15. caminis*, & qvidem adeò vehementi ſonitu, qvod Kircherus addit, ut vicinis populis inferni oſtium ibi eſſe perſvadeat. Qvi locus haud procul abeſt ab oppidô Demetriade, ut ex Strabone Milichius colligit in Plinii locum citatum.

§. 2. Nec in confiniô modò Perſidis, ſed in ipſa qvoqve Perſide, ceu Kircherus eodem locô teſtatur, paſſim ſulphurei crateres reperiuntur, qvi non ſine peregrinantium horrore noćte dieqve fumant & ardent. In Pſittacina regione Perſidos ignes reperiri noctu dieqve flagrantes Autor eſt Autor libri de mirabilibus auſcultationibus. Perſarum in Ecbatanis regiam ab incendii periculô non immunem fuiſſe, ut in cujus agrô telluris qvidam hiatus ignem aſſiduè tanqvam ex fonte ſcaturientem eructaverit, memorat Langius in Coſmuſiſtaſia Ariſtotelicâ. Et eandem ſortem experitur Ormuz Perſici ſinûs inſula ſubterraneis ignibus adeò ſcatens, ut ſeptem annis continuò arſiſſe dicatur, & adhuc qvotidie è ſalinis montibus flammarum globos eructet, qvibus ad vaſtitatem ferè reductum eſt totius orientis celeberrimum emporium. Hæc

Kirche-

Kircherus. Conradus Geſnerus in epiſtolâ ad Jacobum Avienum libello ſuo de lacte & operibus lactariis præmiſſâ collocat etiam montem aliqvem ignivomum juxta Gratianopolin urbem Gordianæ regionis Galatiæ vicinæ ut habet Ortelius in theſauro ſuo Geographico, niſi fortè Geſnerus intelligit aliam Gratianopolin, Galliæ Narbonenſis urbem Grenoble hodie dictam. Cæterû addit Geſnerus loco dicto, qvòd, licet in aliis montibus flam̃a nullum ſui indicium faciat, in penetralibus tamen ignis lateat. Ignem enim & generationis & perdurationis montium cauſam eſſe. Qvippe cum ignis ſubterraneus vi naturali ſurſum verſus rapiatur ad proprium locum tendens, multum terreæ ſubſtantiæ ſecum in ſublime rapit, qvæ igne erumpentem ſubſeqvi coacta ad multam altitudinem aſſurgit, & in arctum contrahitur, donec in verticem mucronatum deſinat ignem imitans. Natura autem ignea deorſum vergere cogitur terrenô degravante. Citat pro hac ſententiâ Geſnerus etiam Philonem. Sed hæc obiter.

§. 3. In Septentrionalibus Tartariæ littoribus non infreqventes ſunt hujusmodi Vulcaniæ officinæ. Moſcis enim referentibus, ad qvos provocat Varenius Geograph. general. ad orientalem ripam fluvii Jeniſcea in Tingæſorum regione ultra Obium verſus ortum itinere aliqvot hebdomadum montes occurrunt ignem eructantes. Item ad fluvium Peſida ultra Tingæ-

Digitized by Google

ſorum regionem aliqvi reperiuntur eodem Autore.

§. 4. Kircherus l. 2. c. 11. mund. ſubter. qvatuor in Tynſeorum regione numerat, nec paucos in regnis Indoſtan, Mogor, Tibet, Cambojâ paſſim aſtruit inveniri, Adami qvoqve montem in Ceilanô omnium totius Indiæ altiſſimum, ubi Paradiſum ſtetiſſe qvondam & primos noſtros parentes conditos incolæ credunt, ignivomis montibus annumerans.

§. 5. Annumerandus his etiam, qvem Varenô teſte nautæ ex orientali novæ Gvineæ littore in unâ inſularum, qvas Papoys appellant, qvam Le Maire detexit, obſervârunt ardentem. At Kircherus non in Gvineâ modò novâ, ſed & in terrâ Auſtrali, qvin & oceanô Auſtrali vulgo del Zur & in Indicô Oceanô multos ſine nomine magnô cum horrore nautarum obſervatos ab Hollandis commemorat.

§. 6. Sed nec Chinæ regnum ejusmodi montibus eſt deſtitutum, ut ex Atlante Sinicô Martinii patet. Ac imprimis memorabilis eſt mons Lingſung ad Xancheao, è cujus vertice, qvoties interdiu pluit, toties noctu flammarum ingens ſplendor apparet. Cujus meminit etiam Nieuhofius in Legatione Batavicâ ad Magnum Tartariæ Chamum Sungtejum modernum Sinæ Imratorem.

§. 7. Sed imprimis ignium ſubterraneorum officina celebris eſt Japonia ſeu Japan inſulæqve

vicinæ.

Digitized by Google

vicinæ. Ac in Japonia qvidem mons eſt igni-vomus, in cujus cacumine voti causâ ſe macerantibus hominibus ſplendidâ circumfuſus nube ſe Cacodæmon oſtendit. Fides ſit penes Maſſejum, Mercatorem, & alios, qvi iſtud retulerunt. Arnoldus Montanus in deſcriptione regni Japanici recens editâ duorũ imprimis montium ignes eructantium meminit, qvorum alterum in regno Jerchu, alterum ad urbem Miako ſitum eſſe ſcribit. De illo ſic: Wunderlich iſt der Berg im Königreich Jerchu, welcher allezeit flammet / und in der Flammen einen erſchrecklichen Teufel ſehen läſt. De hoc autem prolixius: Acht Meilen über dieſer Stadt (Miako) ließ er bey dem groſſen Meer den berühmten Schwefel-Berg Siurpurama liegen / welchen hernachmals der Holländiſche Geſandte Seldeeren fleißig beſichtiget. Dieſer Berg iſt über alle maſſen hoch / und läſſet mit ſeinem oberſten Gipfel einen dicken Schmauch mit Feuerflammen vermiſcht in die Lufft fliegen. Der Schmauch hält ſeinen Strich / nach dem der Wind wehet / und ſchläget zuweilen dermaſſen zur Seiten herunter / daß nicht allein der Tag allda in eine ſchwartze Nacht verändert wird / ſondern auch Menſchen und Vieh erſticken. Neben dieſem Berge liegt noch ein anderer / deſſen Gipfel ſo hoch nicht in die Höhe ſteiget. Beyde haben auff ihren Seiten unterſchiedliche raue und eckichte Spitzen. Drey dicke Schwefelbäche fließen

Digitized by Google

zwiſchen hulprichte Ritzen hindurch / aus dem überſiedenden Schwefel-Brunnen. Zuweilen ſtürtzet auch der Schwefel nicht ohne dicke Dämpffe und erſchrecklichen Getrache über die Berg-Spitzen hin in die Thäler / welche davon offtmals gefüllet überlauffen. etc. Porrò Vulcani (hoc enim ignivomis montibus impoſuerunt nomen nautæ) ſunt in inſulis Japoniæ 79. milliaribus à Firandô celebri urbe diſſitis, qvæ noctu tedarum inſtar totam regionem illuminant cum admiratione ſpectantium. Eſt & parva qvædam inſula, vel ex ſeptem ſororibus una, qvas vocant è regione Tanexumæ, ut Kirchero placet, vel alia qvædam inſula Tanexumam inter & ſeptem ſorores interjacens, qvod Varenus mavult, in qva mons conſpicitur ſemper fumans interdum & ardens. Atqve has Vulcanias per Japoniam officinas occulta per ſubterraneos cuniculos mercimonia cum Archipelagô S. Lazari ad novam Gvineam & inſulas Salomonis agere, totumqve pelagus illud ſubterraneorum ignium ſpiraculis ſcatere, indeqve calores ac æſtus in pacifici maris inſulas diſtribui ſuſpicatur Kircherus.

§. 8. Nec Japoniæ qvicqvam cedunt Inſulæ Philippinæ. Nam in Fandajâ unâ ex Philippinis, ubi eſt promontorium Spiritûs Sancti, aliqvot, licèt parvi, Vulcani ſunt. Unus etiam in Inſulâ Marindiqve ſeu Marindicâ, qvæ Philippinarum pars eſt, apud Varenum l. c.

§. 9.

§. 9. Sed & Java juxta urbem Panaturam vel Panaruncam exhibet montem flammarum æſtu furentem, cujus rei relationes navigationum Indiæ Orientalis fidem faciunt. Mons ille, cum jam multis annis non arſiſſet, Anno 1586. diſruptus violentâ flagrantis ſulfuris eruptione adeò ſævit, ut ad decem millia hominum in ſubjectis agris periiſſe dicantur, & tribus continuis diebus ingentia ſaxa in urbem Panaruncam ejecerit, tantumqve fumum miſtis flammis & favillis evomuerit, ut Solem tegeret & diei tenebras inferret.

§. 10. In Javæ majoris proximâ inſulâ, cui nomen Nucoporæ, ex mediterraneis montibus ignis manat teſte Odoardô Barbosâ. In terrâ qvoqve Javæ minoris viginti milliaribus â promontoriô des Gevvalchas ardentem montem obſervarunt prætemavigantes, ut in hiſtoriâ navigationum Indicarum eſt annotatum.

§. 11. Non prætermittendus eſt mons Gonnapi in Bandâ, qvem Levinus Hulſius juxta urbem Labetack ſe deprehendiſſe ſcribit part. 2. de navigatione Batavicâ in Ind. oriental. p. 6. Olearius in notis ad Mandelslovii l. 3. Goeneng Apy; Wilhelmus Schouten van Horn in Beſchreibung/wie er 1615, 1616. und 1617. die gantze Welt umbgereiſet Goe Merapi vocat. Hic mons, cum jam 17. annis arſiſſet, Anno 1586. menſe Aprili disruptus eſt ingenti cum fragore, tantamqve magnorum ſaxorum copiam & maſſæ ſulfu-

Digitized by Google

reæ ardentisqve materiæ ejecit in mare & terras, ut omnibus incuteret horrorem. Cinerum & favillarum ingens vis tormenta bellica, qvæ Belgæ in arce ſuâ ſeu caſtello habebant, inutilia reddebat, tantâ qvippe copiâ illis incumbens. Saxa ardentia in mari reperta unius integræ orgyiæ, minorum verò tanta multitudo, ut vix naviculæ iter in mari concederet. Aqva ad littus inſulæ multis horis ebulliebat, ac ſi ignis ei ſubjectus eſſet. Piſces plurimi enecati & fluitantes conſpecti.

§. 12. Fuit & in inſula Timor mons tantæ altitudinis, ut flammeus vertex per 300. milliaria in mari conſpiciendum ſe præbere diceretur. Ille anno 1638. concuſſis per horrendum terræ motum fundamentis unà cum inſulâ fuit abſorptus nil præter ingentem lacum poſt ſe relinqvens, ut teſtantur annales Societatis Jeſu.

§. 13. In Sumatrâ qvoqve, qvam nonnulli Taprobanam antiqvorum & Ophir, unde Salomoneæ naves magnas apportarunt divitias, eſſe putant, ſecus tamen ſentientibus Barrio, Maffejo, Bocharto, Voſſio & aliis, qvi Zeilanum potiùs veterum Taprobanam ſeu Ophir eſſe putant, & rationibus non contemnendis demonſtrant, mons eſt ob ingentem flammarum, qvas evomit, copiam patriâ lingvâ Balalvanus dictus. Meminit inter alios ejus Mandelſloh in ſeiner Morgenländiſchen Reiſebeſchreibung l. 3. ubi refert

fert, eum ſemper ardere, & qvandoqve Veſuvii inſtar lapides ejaculari.

§. 14. Idem Mandelslovius meminit montis in Ternati, qvi præſertim ſeptentrionali vento ſpirante flammas ejiciat. Ac univerſa qvidem terra Moluccarum diverſis locis ignes eructat. Præcipua tamen Ternatenſi camino nobilitas. Mons in nubes ſurgit excelſus & arduus, cujus inferiora denſis nemoribus veſtiuntur, ſuperiora ex incendiis glabra & horrida ſunt. In vertice crater hiatu vaſto in plures circulos majores minoribus circumdatos in ſpeciem amphitheatri cedit. Inde per æqvinoctia maximè certis ventis flantibus, maximè Borealibus, flamma atro mixtæ fumo cum favillis erumpunt, atqve omnia latè loca cineribus complent. Viſendi arduæ ſunt vices, nec niſi per funes & ferramenta qvibusdam locis aſcenſus eſt, ut habet Maffejus. In Regis Ternatenſis ditione jacet etiam inſula del Moro Tolæ proxima, in qva mons qvidam tantô fremitu ignem eructat, ut maximarum bombardarum crepitibus adæqvetur, tantâ cum caligine, ut nocti comparetur. Cinerum qvoqve tanta copia, ut illius pondere domus collabantur, arbores ſterileſcant, itinera facta ſint impervia, enecata tabe animalia, potabiles aqvæ corruptæ, ut retulit Balthaſar Diez ex Malacca Anno 1556.

§. 15. Mauricæ qvoqve inſulæ, qvæ 60. leucis à Moluccis diſtant, tantâ ſubterraneorum

 igni-

Digitized by Google

ignium vi pollent, ut refert Pater Turſellinus in vita Xaverii, ut ardere totæ videantur. Una præcipuè ex Mauricis ſæpiſſimè tota terræ motibus concutitur ignemqve evomit ac cinerem. Rupes ibi totæ conflagrant, ſæpe ſaxa prorumpunt ignea magnitudinem arborum æqvantia. Ac ubi vehementior ventus exiſtit, è cavernis tanta vis cinerum effunditur, ut viri ac mulieres laborantes in campis domum revertantur cinere oppleti, multaqve animalia, cum ventus remiſit, inveniantur mortua, & piſces in littore enecati jaceant. E montis Tolm vertice cum horrendo fremitu crebrisqve tonitribus, qvalia majoribus tormentis eduntur, tetrum & ſordidum incendium magnaqve pumicum & combuſtorum igne lapidum vis egeritur. Videri poteſt præter Autores qvos laudavi Eraſmus Franciſci in ſeinem Oſt- und Weſt-Indianiſchen wie auch Sineſiſchen Luſt- und Staats-Garten in dialogo proœmiali.

CAP. IX.

DE MONTIBUS IGNIVOMIS IN AFRICA.

Summ:

Octo Vulcani in Africâ ex Kirchero. Mons Feſſanus. Semus Æthiopiæ. Theonochema. Periplus Hannonis. Quis fuerit ille Hanno. De fide ejus ſcripti judicium Gerardi Voſſii. Diver-

verſum Iſaaci. Inſula Heſpericornu. Num fabuloſa ſint qvæ de hac inſulâ & de monte Theonochema dictô Hanno tradit. Bochartus notatur. Ignes inſularum Atlanticarum. Montes ignivomi in Terceris, in inſulis Helena & Aſcenſionis, in Azoribus ſeu Flandricis, in Tenariffe, unâ ex Canariis. In Heſperidibus. Locus Ariſtotelis.

§. 1.

NUnc ordo poſcit, ut Africam etiam perluſtremus, in qvâ Kircherus l. 4. mund. ſubt. octo celebres Vulcanos numerat, in Monomotapâ duos, in Angolæ Congi & Gvineæ qvatuor, in Libyâ unum, in Abaſſiâ unum, præter innumeros ſulfureos crateres paſſim obvios. Sed montes qvidem in Congô & Angolâ nunc ardere deſiiſſe teſtatur Varenus Geograph. general. l. 1. c. 10. prop. 5.

§. 2. Qvibus addi poteſt mons Feſſanus Beni Gvazeval h. e. antrum ignivomum dictus, de qvo idem Varenus, & Semus Æthiopum mons, qvi aliqvando eodem tempôre, qvo Veſuvius ac Ætna flagrare cœpit, de qvo Gaſſendus in vita Peyreſcii, nec non ille, qvem Plinius Græcô nomine Theônochema h. e. Deorum vehiculum appellat. *Maximus*, inqvit l. 2. c. 106. *ardet incendiis Theonochema Æthiopum jugum.* Et alibi (l. 6. c. 30.) *Æthiopia in media ejus parte imminens mari mons excelſus æternis ardet ignibus.* Ad montem illum intendit forte digitum Solinus

nus c.31. *in Æthiopia meridianâ parte mons editus mari imminet ingenitô igne per æternum fervidus.* Meminit ejus & Mela l. 3. de ſitu orbis c. 9. *Ultra hunc ſinum*, inqvit, *mons altus, ut Græci vocant*, Θεῶν ὄχημα *perpetuis* ignibus flagrat.

§. 3. Et Mela qvidem provocat ad teſtimonium Hannonis cujusdam Carthaginenſis, cujus Periplum, qvo Africæ ambitum terrasqve in Atlanticô Oceanô à ſe inventas perſeqvitur, etiamnum habemus, monumentum omnibus Græcorum vetuſtius, non Baſileæ modô ſemel ac iterum ſed Argentorati qvoqve ſuperioribus annis ſub auſpiciis Bœcleri cum verſione notisqve Joh. Jacob. Mulleri editum.

§. 4. Hannonem iſtum Carthaginenſium ducem fuiſſe rebusqve Carthaginis florentiſſimis vixiſſe Plinius teſtatur. Atqvi florentiſſimum Carthaginis imperium fuiſſe videtur paulò ante bellum Tarentinum, poſt qvod paulatim ejus res fractæ ſunt & attritæ. Fuit ergo forſan ille Hanno, qvem Juſtinus l. 22. adverſus Agathoclem fuiſſe miſſum memorat. Præter citatos Autores meminerunt ejus plures alii cum è Græcis tum è Latinis.

§. 5. Sed Ariſtides cum aliis nonnullis haud præclarè de iſto Hannone ſentit, & indignum fide judicat. Qvibus ſubſcribit Gerardus Johannes Voſſius de Hiſtoric. Græc. inductus præſertim illo Athenæi: *ſi qvid ejusmodi Juba refert, gaudeat libris Libycis Hannonis & erroribus.* Cui

Digitized by Google

tamen Iſaacus Gerhardi Johannis F. hác in parte abſentit, qvi commemorationem Hannonis minùs fabuloſam eſſe putat, ejusqve antiqvitatem ſupra Homeri & Heſiodi ætatem profert, Strabonis imprimis locô nixus referentis, Phœnices paulò poſt Trojani belli tempora extra columnas Herculis progreſſos urbes qvasdam in Libya condidiſſe. Sed hæc obiter.

§. 6. In illo igitur Hannonis periplô mentio fit illius ignei montis, qvem Deorum vehiculum vocant, his verbis: τέτταρας δ' ἡμέρας φερόμενοι νυκτὸς τὴν γῆν ἀφεωρῶμεν φλογὸς μεστὴν, ἐν μέσῳ δ' ἦν ἠλίβατόν τι πῦρ τῶν ἄλλων μεῖζον ἁπτόμενον, ὡς ἐδόκει, τῶν ἄστρων. Τοῦτο δ' ἡμέρας ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον Θεῶν ὄχημα καλούμενον, h. e, *poſt qvartum diem apparuit nobis de nocte terra flammis plena, cujus in mediô ignis altisſimus cæterisqve major ſidera attingere videbatur, diurnô autem tempore montis maximi ſpeciem proferebat Deorum vehiculum appellati.*

§. 7. Paulò ante memorat in inſulam qvandam Heſperi cornu dictam ſe ſuosqve comites exſcendiſſe, & interdiu qvidem nihil præter ſylvã vidiſſe, nocte autem multos ignes apparuiſſe, vocemqve tibiarum cum cymbalorum ac tympanorum ſtrepitu clamoribusqve diſſonis auditam fuiſſe. Qvamobrem ſe cum ſuô comitatu terrore perculſum celeriter ex inſulâ migrantem prætemavigâſſe regionem odoribus æſtuantem &

præ

Digitized by Google

præ fervoribus inacceſſam, unde plures ignei torrentes in mare fuerint delati.

§. 8. Hæc omnia Bochartus in Geographiâ ſuâ ſacrâ fabuloſa putat. At ea qvidem, qvæ de micantibus noctu ignibus ſonoqve tibiarum Hanno refert, ſimilitudinem qvandam habent cum illis Plinii de Atlante, nocturnis eum ignibus micare variôqve ſonô ſtrepere referentis, & cum iis, qvæ Mela loc. cit. de micantibus noctu ignibus & majus qvid humanô ſonantibus tibiis ſubjungit. Ac credibile eſt, vel Æthiopes noctu ſe colligentes, ac facibus clamore tympanis ac incenſis pyris belluas abigentes, ut etiamnum apud ipſos fieri ſolet, huic ſpectaculo cauſam dediſſe, vel etiã ex apparitione ignis fatui vel ſimilis cujusdam meteori, terram illam ardentis ſpeciem exhibuiſſe. Freqvens id in aliis etiam terris præcipuè Zonæ torridæ ſubjectis, de qvo poſtea.

§. 9. Sed ut ad montem Theon ochema revertamur, Voſſius eundem eſſe putat, qvi Sierra Liona hodie dicitur. *Adeò altus eſt*, inqvit, *ut à ducentis & ampliùs paſſuum millibus nonnunqvam ſit conſpicuus. Latera ejus perpetuò virent odoratis omnis generis arboribus. Vertex æternis incingitur nebulis, qvas ne ardentiſſimus qvidem Sol unqvam diſpellere ac vix perrumpere poſſit. Hinc fit, ut continuis fulminibus ac tonitruis noctu præſertim percutiatur, qvorum fragor à navigantibus ad qvinqvaginta paſſuum millia exaudiri poteſt.*

Soni-

Digitized by Google

Sonitum iſtum aſſimularunt Luſitani leonum rugitui, atque ea propter monti nomen indidêre Sierra Liomna.

§. 10. Ad Africam pertinent etiam inſulæ in mari Atlanticô ſitæ, qvod ignes ſubterranei adeò infeſtant, ut terra illa Platonis, qvam Atlantida vocat in Cratylo, non alia de causâ interiiſſe videatur. Idqve tractus qvidam flammis erumpentibus obnoxii in hunc usqve diem oſtendunt, qvos Columbus & Veſputius in detectione novi orbis magnô ſuô cum periculô ſunt experti. Inſulæ ſanè, qvas Terceras vocant, ob ignium vehementiam vix habitari poſſunt, & nulla illarum eſt, in qva non ſit aliqvis Vulcanus. Videantur relationes navigationum Indicarum. Hodie tamen illæ inſulæ, qvæ qvondam è pluribus locis & rupibus ignem evomuerunt, fumum tantùm è qvibusdam locis expellere perhibentur. Inſulæ S. Helenæ & Aſcenſionis, cum terras habeant ſimiles aduſtis, veriſimile eſt, illarum etiam qvondam arſiſſe montes, qvod etiam probatur à ſulphuris & lithanthracum copia, qvæ tanta in his inſulis reperitur, ut non mirum ſit, ſi novi hic exiſtant qvandoqve Vulcani. Ac idem de Azoribus ſeu Flandricis Inſulis dicendum.

§. 11. Adjiciendæ ſunt his inſulæ Canariæ, qvarum una Tenariffe montem habet altitudine inſignem, ut qvi per 60000. paſſus nautis inſtar columnæ appareat, Pico de Tereve vel Pico

de

Digitized by Google

de Terraira vulgo dictum, qvi ignem in hunc usqve diem intra ſua viſcera fovet, & qvandoq; per fumos prodit. Non aſcendi in illum poteſt niſi Julio & Auguſto menſibus, qvoniam reliqvo anni tempore nive tectus eſt, etſi nec in ipsâ Tenariffâ, nec in adjacentibus Canariis nix unqvam conſpiciatur. Vertex ſupra nubes attolli videtur, cum illæ medium montem cingant, & vertex extare ſuper hanc nebulam videatur. Qvoniam tamen nives patitur, haud credibile eſt, eum ultra mediam aeris regionem protendi. In aſcenſu ad verticem trium dierum ſpatium reqviritur. Eſtqve vertex non acuminatus, ſed planus, atqve aëre ſerenô & ſine nebulâ exiſtente reliqvas circumjacentes Canarias inſulas ex illo diſtinctè cernere licet, qvum aliqvæ 50. milliaribus ab eo removeantur. Duobus iſtis qvos dixi menſibus deferuntur ex monte ſulphurei lapides atqve in Hiſpaniam magnâ copiâ avehuntur. Ex qvibus conjicere licet, ignes qvondam hunc montem eructaſſe. Qvod autem Aloyſius Cadamuſtus c. 8. navigation. ad terras ignotas ſcribit, montem hunc ex adamantinâ petrâ acuminatum continuata vomere incendia, ſiqvidem Chriſtiani qvidam in illa inſulâ captivi id obſervarint, apud cæteros, qvi montem hunc deſcripſerunt, non invenitur. Conſentiunt tamen Cadamuſto Franciſcus Rodrigvez & Surius. De continuis ejus incendiis etiam Scaliger teſte Varenô.

§. 12. Unam ex Heſperidibus ſub æqvatore ardere legtiur apud Bacc. l. 1. de therm. c. 18. Et pertinet huc locus Ariſtotelis de admirand. auſcult. ubi refert incendia qvædam extra columnas Herculis fuiſſe conſpecta, qvorum alia omni tempore flagrare dicantur, alia noctu tantùm.

CAP. X.

DE MONTIBUS IGNIVOMIS AMERICÆ.

Summ.

Montes ignivomi in Andibus, Chilenſi, Peruvianô regnô, provinciâ Popayanâ, in valle Molahalo, Vulcanus Qvitenſis. Mons Nanavata. Mons Onrates. Terramotus prope Limam. Mons ignem eructans prope delos Reyes. Vulcanus de Morbacho. Alius ad Paraqvipam vel Areqvipam, ad vicum delos Angelos, ad Churultecam, in regnô Mexicanô juxta Temiſtitan, circa Ciapotulam, mons Popocampecha. Alii in Gvatimalâ, Yzalcos, S. Salvator. Mons Meſaja in Nicaragvâ. Monachorum avaritia deluſa. Vulcani in Granatâ, Californiâ, Braſiliâ.

§. I.

MAximè verò videtur Vulcanus in America ſuas conſtituiſſe officinas, ut obſervarunt illi qvi, Senecæ vaticinium in Medeâ,

Digitized by Google

[illegible] veniunt annis
Secula ſeris, qvibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Tiphysqve novos
Detegat orbes
Nec ſit terris ultima Thule,

prævio Numine & æternô nomine felic[illegible] compleverunt.

§. 2. In ſolis Andibus aliqvot ſunt altiſſi[illegible] rupes eæqve flammivomæ juxta Mercator[illegible] in Atlante p. 389. In ſolô Chilenſi regnô or[illegible] ne qvatuordecim numerantur, in Peruanô n[illegible] pauciores, qvos omnes Andium continuati j[illegible] gorum vertices exhibent, ut eſt apud Kirch[illegible] rum l. 2. c. 11. Alphonſo d' Ovale in Andib[illegible] ſeu Cordillerâ, (ſic enim à montium concat[illegible] natione dicuntur Hiſpanis) cui Chilenſe re[illegible] gnum ſubditur, 15. Vulcanos obſervavit & e[illegible] etiam in mappis ſuis expreſſit. Cujus teſtim[illegible] nio Kircherus l. 3. c. 5. addit, in Peruanô regn[illegible] ſex inacceſſæ altitudinis Vulcanos reperiri, tr[illegible] in Andibus Peruvianis præter innumeras Vulc[illegible] nias ſcrobes. Varenus l. 1. geogr. gen. c. 5. prop. [illegible] in jugô Peruvianô Cordillera dicto multas hin[illegible] inde rupes eſſe ſcribit partim fumantes parti[illegible] ardentes & ignivomas, ac imprimis in Carrap[illegible] provinciâ Popayanæ montem eſſe, cujus è ver[illegible] tice ſereno cœlô plurimus fumus elevari cern[illegible] tur. Et hic forte mons eſt, qvem Franciſc[illegible] Piſardi inter Paſto & Popayam obſervavit qvem

rem aliqvando diſruptum & nunc qvotidie inantem ſcribit in hiſtoriâ navigationis ſuæ.

§. 3. In valle qvoqve Peruviæ Molahallo di-ł, qvæ 50. leucis à Qvito diſtat, ignivomus idam mons exhibet ſe ſpectandum, qvi con-uâ ignium exhalatione ultro citroqve popu-etiam remotis magnas minatur calamitates. liqvando diſruptus magnos lapides ejecit, & genti fragore etiam remota loca terruit. Me-init ejus inter alios Odoardus Barboſa, ut & etrus Hiſpalenſis p. 5. c. 35. Et videtur hic eſſe lcanus ille Qvitenſis, qvi, cum flammas eru-et à 100. & amplius leucis Hiſpanicis videri teſt, cujus ſupra mentio facta ex Voſſio ad c. l. 2. Mel. de ſitu orb.

§. 4. Porrò in Peruviâ ex monte Nanavata nes & ferventes aqvæ effluunt, è qvibus inco-ſalem conficiunt, ut autor eſt Sepetro hiſtor. atural. f. 129. Eſt & in Peruviâ mons Onrates, vi cum aliqvo jam tempore cineres eructâſſet, nnô qvartô hujus ſeculi vehementer ſuccenſus t, qvo tempore immanis terræ motus in Peru-â prope Limam contigit, qvi urbes, montes, umina tractu 300. leucarum ſecundùm littus o. in continentem ſusqve deqve pervertit. um terræmotum Jeſuita Fournier in hydro-aphiâ ſuâ prolixiùs deſcribit. Videatur Gaſ-endus philoſ. Epicur. c. de terræ motu. Cum item Onrates haud adeò procul à Limâ diſta-e videatur, idem fortaſſis eſt cum eo, qvem

Digitized by Google

Ludovic. Godofredus part. 1. hiſtor. Ind. occid. pag. 17. ad de los Reyes vel Limam collocat, qvem tantum ignis & cinerum ejicere ſcribit, ut ad multa milliaria depluere cinis videatur.

§. 5. Prope Paraqvipam urbem Peruviæ 90. leucis à Limâ diſtantem mons aliqvis ſulphureus continuò flammas ejicit, qvem incolæ metuunt, ne aliqvando diſrumpat & adjacentem urbem, imò totam regionem miſerè devaſtet, ut habet Kircherus. Iisdem fere verbis Varenus, niſi qvòd pro Paraqvipa ponit Areqvipam. Et ſanè montis ignivomi prope Areqvipam meminit etiam in hiſtoria navigationum ſuarum Antonius de Herrera. Eſtqve ille mons immenſæ altitudinis & ſalis plenus, biduùmqve conſumitur, anteqvam perveniatur ad cacumen. Indi qvondam in ejus vertice ſacrificâſſe perhibentur, non multum tamen ignis ampliùs in eo deprehenditur. Cujus rei rationem hanc affert Eraſmus Franciſci in ſeinem Oſt- und Weſt-Indianiſchen Luſt- und Staats-Garten/ qvod ignis tùm ob montis altitudinem, tum ob colorem cæruleum ardenti ſulfuri pœne ſimilem vix poſſit cognoſci.

§. 6. Linſchottus l. 3. hiſtor. natur. Ind. occid. meminit ignivomi montis ad vicum de los Angelos 30. milliaria ambitu ſuo continentis, unde ſemper ferè fumus & cum fumô cineres prodeant. Fumus autem ille ſagittæ inſtar rectà aſcendit, & cum in alto ſe dilatavit, in nubes evane-

Digitized by Google

evaneſcit. Idem hic mons eſſe videtur cum eo, qvem Ferdinandus Corteſius in relationibus ſuis ad urbem Churultecam provinciæ Tlaſcalæ ſeu Taſcaltecal (ut exprimit Majolus colloq. 16.) in novâ Hiſpaniâ ſitum eſſe ſcribit.[a] Scribit enim ex ejus vertice continuò fumum efferri, qvi globi rotunditatem ſervans celerrimè ceu ſagitta qvædam feratur in ſublime, nullis ventis facilè diſpellendus, & inde conjicit, haud dubiè perpetuum ignem in eo monte ardere, tametſi ab hiatu non erumpat. Milites, qvi naturam ejus montis cognoſcendi causâ miſſi fuerant, ſuperatô jam pœne poſt magnos labores vertice tantos ibi percepêre tumultus, ut totam montis molem corruituram arbitrati re infectâ diſcederent.

§. 7. Juxta Temiſtitan Mexicani regni metropolin ſimilis eſt mons, è cujus cratere fumus etiam vehementiſſimis ventis haud ceſſurus erumpit. Circa Ciapotulam in eodem regno ſitam mons eſt, qvia unà cum flammis ſaxa tantæ magnitudinis eructat, qvantæ ſunt plauſtra onuſta, ut habet Petrus Alvarad ad Corteſ. additqve ab hoc aliũ abeſſe circiter 200000. paſſ. cujus inteſtinos ardores erumpens inde fumus abunde prodat. Præter laudatos Autores etiam Mercator in Atlante p. 383. in Mexicanô regnô montem ponit flammivomum Popocampecha incolis vocatum. Vulcani de Morbacho

Digitized by Google

7. milliaribus à Granata diſsiti mentionem facit Godofredus in hiſt. Ind. occ.

§. 8. Imprimis autem celebres ſunt in Americâ montes in Gvatimalâ ſ. Qvahutemallan aut Qvintimallan, ubi tellus Novæ Hiſpaniæ ſe coanguſtat ad mare del Zur, in qvo regno duos ad duarum leucarum ſpatium à ſe diſtantes Petrus Hiſpalenſis agnoſcit p. 5. c. 23. Nec verò duo ſolùm, ſed plures, in diverſis hujus regni provinciis occurrunt Vulcani. Nullus autem ei facilè comparandus, qvi 1586. per ſemeſtre ſpatiū horrendum detonuit, & ejectis candentibus ſcopulis urbem Gvatimalam haud parùm afflixit. Hunc Eraſmus Franciſci putat eundem eſſe qvem Antonius de Herrera verſus urbem S. Jago obſervâſſe ſe ſcribit.

§. 9. Franciſcus de Ulvâ in relationibus navigationum ſuarum in Americam ſeptentrionalem in provinciâ Yzalcos, qvæ & ipſa ad regnum Gvatimalæ ſpectat, Vulcanum eſſe ſcribit ſemper fumantem & cineribus vicinos agros haud mediocriter fœdantem, qvem fama ſit intra 50. annos multum ab altitudine ſuâ deſciviſſe. Nec minùs in provincia S. Salvator ingens qvidam mons eſt, qvi qvondam ignes eructavit. Fauces ejus adhuc ſunt apertæ, in qvas qvi ſe demiſerunt duos in monte tanqvam fornaces deprehenderunt, è qvibus intolerabilis fœtoris fumos prodiiſſe retulerunt. Ad radices ejus montis foramen qvoddam hiat admodum profundum,

ubi

Digitized by Google

ubi qvondam extitiſſe Vulcanum ejusmodi probabile videtur.

§. 10. Nec omittendus eſt mons ignivomus in Nicaragva, qvem inter primos nominare debueram. Situs eſt 25000. paſſ. vel, ut alii, 35. leucis ab urbe Legione vel Leon, qvæ civitas ſedes eſt Epiſcopatûs à Franciſco Fernando condita, ejusqve flammæ ad multa millia paſſuum cernuntur, ut refert Franciſcus Piſardi. Aliqvando diſruptus velut novum aliqvem montem in vicinam vallem projecit. Maſſagatan nonnullis vocatur. Petrus de Victoria Meſajam nominat, eumqve ſcribit circularis eſſe formæ & è duobus crateribus flammas magnô ſæpe cum fragore eructare. Benzo l. 2. c. 6. hiſtor. nov. orb. ſcribit flammarum globos ultra 100. mill. paſſ. reſilire. Cumqve liqvidiſſimæ iſtæ flammæ ſint & absqve fumô, nonnullis opinio ſubnata fuit, eodem Benzone referente, ex qvo hauſit Camerarius hor. ſubſic. cent. 1. c. 73. aurum liqvefactum in intimis montis faucibus contineri. Itaqve Dominicanus qvidam monachus, cum ejus rei periculum facere vellet, ahenum & catenam ferream fabricari curat, & mox in montis jugū cum aliis qvatuor Hiſpanis aſcendens ahenum in caminum demittit; qvod ſtatim ignis fervore cum parte catenæ liqvefactum decidit. Monachus non leviter iratus Legionem recurrit, fabrum vehementer incuſat, qvi catenam multò tenuiorem, qvàm ipſe juſ-

Digitized by Google

fiſſet, confeciſſet. Faber craſſiorem excudit, Monachus montem repetit, catenam cum lebete demittit, res ſimilem eventum habuit priori incepto, nec tantùm reſolutus lebes evanuit, ſed globus flammæ repentè è profundô exiliens & fratrem & ſocios prope abſumſit. Hæc Benzo. Gomera Monachum iſtum Blaſium de Yneſta vocat ſcribens novum iſtum Empedoclem & duos Hiſpanos ſemetipſos tribus corbibus in iſtum craterem demiſiſſe qvoad fieri potuerit, atqve inde lebetem catenâ ferreâ revinctum ad 240. ulnas dejectum, tandem ubi ad flammam pervenit, liqvefactum cum aliqvot catenæ annulis, & illos obſtupefactos irritô labore profiluiſſe. Ad hanc hiſtoriam alludit Joſephus à Coſta, cum libr. 3. hiſtor. Indicar. c. 24. proditum memoriæ relinqvit, alicubi in fundô camini ſic ardere ſine fumis ignem, ut avarus qvidam ſuſpicatus aurum ibi eſſe lebetem per ferream catenam demiſerit, ſed eum unà cum catenâ temporis mômentô flammarum vi fuiſſe conflatam & abſumptam. Videatur etiam Urbanus Calveton hiſtor. nov. orb. l. 2. c. 16. & Biſſelius in Argonaut. Americ. ſeu hiſtoriâ periculorum Petri de Victoria.

§. 11. Huic monti adjiciendus is, qvi non procul ab Aqvapulcô ſimilis ferociæ comperitur, item tres illi ad Californiæ continentem, aliiqve duo in ejus mediterraneis, de qvibus Kircherus, qvi paulò ante qvinqve in America Septen-

ptentrionali numerat partim in novâ Hiſpaniâ à partim in novâ Granatâ, partim in Californiæ aliisqve interioris regni Mexicani meditulliis.

§. 12. Nec omittendi ſunt, qvos eodē Kircherô noſtrô teſte in Auſtrali freti Magellanici parte vulgo terra del Fuogo reperire licet. Montes in inſula Queimoda ad littus Braſiliæ non ardent amplius, olim tamen arſerunt. Teſtis eſt Varenus loco jam ſæpius citato. Et hæc de montibus ignivomis Europæ, Aſiæ, Africæ, Americæ atqve adeò totius terrarum orbis. Unicum addo, qvod nimirum etiam Dorotheus Aſcianus vel potiùs qvi ſub eo nomine latet, in commentationibus ſuis de montibus pietatis p. 712. obiter Autorum qvorundam meminit, qvi de montibus ignivomis ſcripſerunt, & inter hos Bernhardi cujusdam Ceſii de mineralibus & Liceti in hydrographiâ, qvos inſpicere mihi non contigit.

CAP. XI.

DE TERRARUM IN PLANO INCENDIIS.

Summ.

Cur incendia magis in montibus contingant qvàm in planô? Incendium in agrô Ubiorum, ad Methonen, non procul à Methanâ, in foſſis ad Argeum montem, in campis Lydiæ, in agrô Agrigentinô, in agrô Weidenſi, in agro Stiriæ. Sic-

Digitized by Google

titiis & incendia terrarum tempore Lotharii Saxonis. Incendium ſylvæ Schmideberg enſis,

§. 1.

MErità igitur cum Plinio exclamare licet: *tot locis tot incendiis natura rerum terras cremat!* l. 2. c. 106. Et omninò venerandam exiſtimo Divinæ Sapientiæ bonitatem, qvòd in montibus potiſſimùm iisqve plerumqve ad mare relegatis ignium ſubterraneorum ſpiracula ſeu caminos conſtituerit. Nam ſi planiora loca eorum evaporationi fuiſſent deſtinata, certum haud paucis regionibus exitium impenderet. Cogita enim, qvanta rerum ex hujusmodi montibus eructatarum pars in abruptis montium deponatur, qvanta in mare deferatur, qvanta maligniorũ vaporum copia in ſublimiori aëre reſolvatur ventisqve diſpellatur. Præterea & hæc ratio ſubeſt, cur è montibus potiùs, qvàm è vallibus ignis erumpat, qvod valles & planiora loca minùs cavernoſa magisq; ſunt obſtruſa, qvam rationem affert Majolus dier. canicul. coll. 16.

§. 2. Qvandoq; tamen etiã ex planioribus locis erupiſſe flam̃as intra terræ viſcera conceptas hiſtoriæ teſtantur, Cl. Nerone Val. Meſſala Cos. in agrô Ubiorum ſponte prorupiſſe flammas, Autor eſt Tacitus l. 13. Annal. qvæ nullis imbribus poterant extingvi, donec inopiâ remedii & irâ cladis agreſtes qvidam eminus priùs ſaxa jacerent, deinde reſidentibus paulatim

flammis

nimis propiùs ſuggreſſi fuſtium verberibus
feras abſterrerent, tandem tegmina & ve-
menta injicerent, qvantò magis profana &
polluta, tanto magis oppreſſura flammas.
§. 3. Juxta Methonen oppidum in Meſſeniis
eruptione flammarum tantus aliqvando ca-
exortus eſt, ut nemo ad illum locum acce-
re poſſet. Non procul à Methanâ Antigoni
gis tempore erupiſſe ex terra ignes tradit
uſanias, qvibus extinctis fontes calidi iiqve
ſſi exilierunt. In Giliciæ campis ad Argeum
ntem ad multa ſtadia foſſæ ſunt ardentes.
ec apud Agricolam de nat. cor. qvæ effl. ex-
c. 22.

§. 4. In campis circa Lydiam immenſos emer-
re ignes & diebus ſeptem ardere, refert Ari-
teles in admirandis. Non longè ab Agri-
entô ager eſt Saracenicô nomine adhuc clarus
Mayharuca, qvi terram cinerulentam evomit.
azell. dec. I. lib. 1. c. 5.

§. 5. De incendiô agri Weidenſis apud Va-
iſcos ſupra meminimus, cum de Monte Carbo-
in Hermunduris ſitô fuit actum. Sic tem-
pore Maximiliani Cæſaris in Stiriâ, cum ignem
paſtores in exeſâ ſalice inſtruxiſſent, ardere ter-
ra cœpit, & cum incendium longiùs ſerperet,
prata flagraverunt, qvi ignis ingeſta terrâ mox
extinctus eſt, ut legitur apud Agricolam de
ſprat. effl. l. 1. c. 17. Temporibus Lotharii II. Sa-
xonis, cum ingens æſtivis diebus eſſet ſiccitas,
hinc

Digitized by Google

hinc inde terræ aptâ incendiis materiâ fœcundæ flagrare cœperunt, ut memorant Polydor. Virg. hiſt. Angl. l. 11. & Aventinus. l. 6. ann.

§. 6. De incendiô terræ Schmidebergenſis, qvod ante aliqvot annos contigit, ita Langius Lipſienſis qvondam Academiæ Profeſſor de therm. Carolin. c. 2. *Municipium qvoddam eſt 6. milliarium ſpatiô à nobis diſſitum & nomine tenus Schmideberg audit, ubi extra portam vix duorum vel trium jugerum menſurâ tractus qvidam merâ planitie circumſcriptus cernitur, qvi copioſâ nativi vitrioli terrâ æſtivis diebus ad ſummam rubedinem calcinatâ eſt conſpicuus. Ille non multos ante annos in peculiari Solis æſtu pluviâ exiguâ præcedente ſuâ ſponte inflammatus eſt, ut multæ arbores radicitus fuerint combuſtæ.* Similis conflagratio contigit prope Schmidebergam hoc ipſo anno 1669. qvatuordecim poſt feſtum Paſchatos diebus. Abeſt enim à prædictô oppidô ad qvartam partem milliaris convallis ferè plana, ſub ingreſſum ſaltus, qva facere ſolent iter Schmidebergâ Dubam, cujus latitudo duobus collibus incluſa, longitudo in enorme ſpatium excurrit. Terra ipſa graminoſa ac betulis pinis aliiſqve id genus arboribus veſtita. In eo locô ſubterraneus qvidem ignis vires exercere ſuas cœpit, radices arborum concremavit, indiesqve jugiter eundo nova acqviſivit incrementa. Conferatur peculiaris de incendiô ſylvaticô pro-

pe

Digitized by Google

pe Schmidebergam diſputatio ſub M. Theodori Kirchmayeri præſidiô Wittebergæ habita.

CAP. XI.

DE MARIS INCENDIIS.

Summ.

Incendium maris inter Æolias, in Islandiâ, inter Theram & Theraſiam ſeu prope Santerinium, ad inſulam S. Michaëlis, ad inſulam Georgii, eorumqve incendiorum ſingularia ac memorabilia.

§. 1.

IMò ex ipſo mari flammarum aliqvando vis prorupit. Æoliæ inſulæ aliqvando cum ipsô mari arſerunt. *Mare enim*, ut Oroſius memorat lib. 5. circa Æolias *ſic efferbuit, ut combuſta rupes liqveſierent, tabulata navium torrerentur, piſces exanimarentur, hominesq;, qvi non longiùs aufugere poterant, viſceribus reciprocatô anhelitu combuſtis ſuffocarentur.* In Islandiâ juxta promontorium Reykianes eruptionem flammarum ex ipsô mari factam Anno 1226. & 1236. ex annalibus Ilsandicis annotavit Amgrimus Jonas in Anatom. Bleſkenianâ part. 2. c. 4.

§. 2. Inter Theram, qvæ & Caliſta & Philothera dicta fuit, hodiè verò à S. Virgine & Martyre Irene Santerinium appellatur, & Theraſiam oceanum arſiſſe Strabo teſtis eſt. Cui fidem

Digitized by Google

dem facit Baronius, cum ad annum 726. an-
tat, inter Theram & Theraſian inſulas vapor
ex caminó ignis viſum ebullire ex profundô m
ris per aliqvot dies, qvo paulatim condenſ
& dilatato igniti æſtus incendio, totum fum
igneum fuiſſe monſtratum. Porrò pumices
terrenæ ſubſtantiæ cumulos per totam Aſiam
Lesbum & Abydum & maritima Macedo
fuiſſe transmiſſos, totamqve maris ſuperfici
impleviſſe, novamqve inſulam efformaſſe. V
deatur etiam Cedrenus & Annales Fuldenſes.

§. 3. Simile contigit A. C. 1457. ut colligit
ex barbaris hiſce verſibus, qvi ad perpetuam re
memoriam juxta portam Caſtelli Sacri ejusde
inſulæ marmori ſunt inſculpti:

Magnanime Franciſce heroum certiſſima proles
Criſpe, vides oculis clades, qvæ mira dedere,
Qvinqvies undenos iſtis jungendo duobus
Septimo Kalendas Decembris murmure vaſto
Vaſtus Thereſinus immanis ſaxa Camenæ
Cum gemitu avulſit, ſcopuliusqve à fluctibus imis
Apparet magnum gignet memorabile monſtrum.

§. 4. Rurſum alteram inſulam huic proxi-
mam efformatam fuiſſe conſtat A. C. 1570. non
minore Santirenenſium terrore, cum per annum
duraverit incendium. In mediô autem hujus
modicæ inſulæ, qvæ modò μικρὰ καμμένη vo-
catur, in hodiernum usqve diem foſſa ingens &
profunda conſpicitur, qvæ inferius anguſta pau-
latim infundibili inſtar in rotundum ſe explicat,
ex qva tanqvam ex caminô erumpebant ingen-
tia

illa ſaxa & ſcopuli, qvi cineribus commixti molem illam undis prominentem extruxerant.

§. 5. Verùm, ſi unqvam ignes illi concluſi in terræ viſceribus vim ſuam exercuerunt, tum maximè, qvando 1650. vigeſimo qvarto Septembris uſqve ad 9. Octob. tam vehementibus hanc inſulam terræmotibus concuſſerunt, ut Santirenſes ruinam ſibi proximam metuentes diu noctuqve ſupplices aris advolverentur. At dici non poteſt, qvantus omnes timor invaſerit, cum ruptis obicibus victrices flammæ viam ſibi facere per medias æqvoris undas contenderunt, qvatuor circiter milliaribus ab Inſula Santorinenſi verſus orientem, ſiqvidem repentè mare ad 30. ſurſum cubitos intumuit, lateq; per vicinas terras ſe extendens obvia qvæqve evertit, adeò ut in ipſo Candiæ portu, qvi tamen 80. milliar. inde diſtat, impetu ſuo naves confregerit. Aër verò vaporibus maleolentibus & ſulphureis infectus, & obtenebreſcere cœpit, & varias induere figuras. Hinc enim lanceas igneas & enſes flammivomos vibrari, illinc coruſcantes ſagittas emitti, hinc velut dracones & ſerpentes terribiles circumvolitantes, illinc fulgura fulminaqve vidiſſes, qvanqvam ne videre qvidem illa ſatis poterat qvisqvam, cum ſulphureis vaporibus per triduum omnes pœne cæci redderentur.

§. 6. Tantam autem pumicum multitudinem ignea illa vorago evomuit, ut totam pelagi ſuper-

per-

perficiem contegerent, & ad Smyrnam usqve ac Conſtantinopolin pervenirent. Mare ferventis ollæ inſtar bullire videbatur, & diu noctuqve ingentes flammarum globi fumiqve denſiſſimi acervi emergebant. Multis animantibus, avibus, & hominibus interitum illa clades attulit. Qvinqvaginta agricolæ fumô ſuffocati perierunt, novem nautæ noctu illac navigiô tranſeuntes poſt triduum inventi ſunt ſemicombuſti. Tandem poſt duos menſes tametſi de vigore ſuo multum remitteret tartareus ille focus, nihilominus pumices adhuc ejecit, & novam inſulam molitus eſt. Qvæ qvanqvam undis nondum promineat, obſervatur tamen tranqvillô mari vadum, & vix ad 8. cubitos aqvæ ſupernatant. Nec jam ignes illi ſubmarini plane ſunt ſopiti, cum poſt illud tempus aliqvoties iterum fervere mare cœperit & fumum attollere. Hæc omnia ita retulit P. Franciſcus Riccardus apud Kircher. l. 4. mund. ſubter c. 5. ſub fin.

§. 7. Memoria qvoqve dignum eſt incendium maris ad S. Michaelis inſulam, qvod ex relationibus Jeſuitarum deſcribit idem Kircherus l. 2. mund. ſubt. c. 12. Annô enim 1638. d. 26. Junii cœperunt ſpatiô 8. dierum adeò formidabiles terræmotus univerſam inſulam conqvaſſare, ut homines civitatibus, oppidis, caſtellis derelictis campos apertos inhabitare coacti fuerint, maximè incolæ terræ dictæ Vargen, ubi

terræ-

terræmotus ſæviebant, qvàm in aliis locis, multò vehementius. Hos terræmotus excipiebat id, qvod ſeqvitur, prodigium. A Pico (vulgo Pico delle Camerine) ſex milliaribus diſſitus locus dictus la Ferreira. In hoc oceani diſtrictu die Sabbati menſis Julii Anno 1638. ignis cum tam inexplicabili violentiâ, non obſtante oceani profunditate, prorupit, ut ad tantum reſtingvendum incendium ne oceamus qvidem ſufficeret. Ignis nubibus æqvatus in ſummam aeris regionem aſcendiſſe videbatur evectâ ſecum aqvâ, arenâ, terrâ, ſaxis & aliis materiis. In mare verò reverſa materia liqvefacta pulvis præ ſe ſpeciem ferebat. Subinde adeò immenſæ magnitudinis ſaxa in trium leucarum altitudinem projiciebat ſævientis naturæ vis, ut non ſaxa, ſed montes integros ejectos diceres. Accedebat ad horrorem, qvod recidentes in altum projecti ſaxei montes in alios è viſceribus maris in altum evibratos illiſi cum terriblii fragore in mille partes diſſilirent. Ex rejectamentis inſula nova in principio parva 5. jugerum ſed indies augmentata in tantum excrevit, ut intra 14. dies qvinqve milliarium ſpatium occuparet. Exanimati reperti ſunt piſces, magnamqve cladem inſula tunc paſſa. Narrat qvoqve Mariana l. 8. rerum Hiſpan. qvòd circa annum Computi Chriſtiani 946. malignô ſtellarum concurſu excitata fuerit vis flammarum ingens, qvæ in ter-

 ras

Digitized by Google

ras finitimas effuſa & Zamoram usqve per lata multa oppida & agros incendiô deformaverit.

§. 8. Unicum adjiciam exemplum ex Conimbricenſibus tract. XII. c. 3. de meteoris. *Inſula D. Georgii* dicunt, *qvæ una eſt ex inſulis Oceani*, qvas Tertias vocant, ætate noſtrâ horribili terræ motu qvaſſata, qvo multa ædificia ſolō dejecta ſunt, multi mortales igne conſumpti. Patefacta qvippe erumpente ſpiritu hiatibus terra tantâ vi ardentia ſaxa ingentis magnitudinis in altum extulit, ut liberô cœlô paſſim volitantia diſſolverentur. Minores verò lapides igniti velut tormentis ejaculati in ſublime ferebantur, qvantum oculorum acies ſeqvi poterat. Interdum velut noctis caligo diem obſcurabat. Formidabiles mugitus & tonitrua audiebantur. Montium fragmina igni correpta per rupium anfractûs devoluta, qvocunqve decidiſſent, perfringebant omnia teterrimis fumi nubibus flammarum intermixti globi continentes è terræ cavernis erumpentes ita rapidè ferebantur, ut qvodam in loco decem homines domeſticâ ſupellectile plauſtris impoſitâ fugientes unà cum bobus plauſtrisqve in cinerem momentô temporis redegerint, eodemqve impetu alios 6. longô intervallô diſſitos voraci incendiô abſorbuerint. Sæpe veluti dolia ſulphureô referta pulvere hinc inde eo ordine provolvebantur, ut id non ſecus a carte militari, cum in urbium oppugnatione arces tormentis qvatiuntur, fieri videretur. Subinde

inde multis eructantium flammarum ſcatebris collectum incendium flagranti agmine latè fluxit, agros, vineta, hortos, omniaqve obvia devaſtans.

CAP. XIII.

DE MONTIBUS AC TERRIS APPARENTER ARDENTIBUS.

Summ.

Montes qvidam lucent magis qvàm ardent. Montis Idæ phænomena. Campi qvidam ſtellarum modô nitentes. Ignes Atlantis & Olympi. Mons igneus apud Sinenſes. Phænomenorum iſtorum cauſæ.

§. 1.

HÆc eſt igitur ex omnis ætatis Scriptoribus collecta locorum ardentium hiſtoria. Qvam anteqvam finiam, illud adhuc monere velim, multos agros & montes reperiri lucentes magis, qvàm ardentes, & qvorum ignis meteoris potiùs annumerandus ſit, qvàm incendiis.

§. 2. *Ida mons* apud Melam l. 1. c. 18. *orientem Solem aliter, qvàm in aliis terris ſolet aſpici, oſtentat. Namqve ex ſummô vertice ejus ſpeculantibus pene è mediâ nocte ſpargi ignes paſſimqve micare, & ut lux appropinqvat, ita coire ac ſe con-*

 jungere

Digitized by Google

jungere videntur, donec magis magisqve collecti pauciores ſubinde & unâ ad poſtremum flammâ ardeant. Ea cùm diu clara eſt & incendio ſimilis effulſit, cogit ſe ac rotundat ac fit ingens globus. Diu is qvoqve grandis & terris adnexus apparet, deinde paulatim decreſcens & qvantò decreſcit eò clarior fugat noviſſimè noctem, & cum die jam Sol factus attollitur. Hæc Mela ad verbum pæne deſcripſit ex Diodorô Siculô l.17. Videatur & Solinus.

§. 3. De Babyloniæ & Megalopolitanorum campis itemqve Æthiopum ad Heſperium montem Plinius aſſerit l. 2. c. 106. qvòd flagrent & ſtellarum modô noctu luceant. In Pamphiliæ & Libyæ campis flammas exire, ipſumqve Atlantem crebris ignibus micare teſtatur Agricola c. 22. Olympum ſingulis diebus per qvatuor horarum ſpatium flagrare memorat Stephanus. Apud Sinenſes eſt mons Hoe igneus vocatus, qvod noctu multæ velut candelæ ibi luceant, ut refert Nieuhofius in hiſtoria legationis Batavicæ ad Sinæ Imperatorem.

§. 4. Omnia iſta phænomena vel ex fatuorum ignium aſpectu vel ex Solarium radiorum refractione contingere potiùs, qvàm ab ignibus veri videtur ſimile. Lumen Sinenſis iſtius montis à cicindulis eſſe putant incolæ. Videatur Nieuhofius loco citatô.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO SECUNDA.

Varias Autorum opiniones exponens & ad examen revocans.

CAP. I.

OPINIO POETARUM.

Summarium:

Duplex Poëtarum de montium ac Ætnæ præcipuè incendiis fabula. Una de Gigantibus. Ætnæ ſubjectus Enceladus. Secundùm alios Typhoeus. Typhonis parentes, educatio, prælium cum Superis, ejusq; eventus à diverſis diversè narratus. Juxta qvosdam Typhon ſub Ænariâ vel Pithecuſis jacet. Alii Gigantes ſub Ætnâ. Aliis etiam ignivomis montibus Poëtæ Gigantes ſupponunt. Altera fabula de Vulcanô & Cyclopibus. Utriusq; interpretatio varia ac incerta. Abuſus in interpretandis Poëtarum fabulis. Ipſi Poëtæ fabulis iſtis non contenti. Claudianus notatur. Autor Ætnæ figmenta iſta rejicit, nec non Apollonius Tyaneus apud Philoſtratum.

§. I.

PEragratâ nunc igitur ignivomorum totius orbis montium hiſtoriâ, priusqvam in genuinas incendiorum iſtorum cauſas inqviramus, haud abs re fortaſſis fuerit, ſi varias Autorum ſuper eâ re ſententias ac opiniones in me-

Digitized by Google

dium aſſeramus, & ad examen revocemus. Initium autem faciemus à Poëtis, qvi ſicut cætera, ſic hoc etiam naturæ negotium ſub fabularum involucris recondiderunt. Cum enim ad montium ignes ac Ætnæ præcipuè deveniunt, ignem vel è Vulcani ac Cyclopum fornacibus eluctari fingunt, vel à Gigantibus, dum ſuperjectos à Jove ſcopulos remoliri laborent, protrudi fabulantur.

§. 2. Ac è Gigantibus qvidem, ut hinc incipiam, celebris eſt Enceladus, de qvo ſic Maro 3. æn.

Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Urgeri mole hâc, ingentemqve inſuper Ætnam
Impoſitam ruptis flammam expirare caminis,
Et, feſſum qvoties mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam & cœlum ſubtexere fumô.

Virgilium imitatur Claudianus l. 1. de Rapt. Proſ:

Ætna Giganteos nunqvam tacitura triumphos,
Enceladi buſtum, qvi ſaucia terga revinctus
Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulphur,
Et qvoties detrectat onus cervice rebelli
In dextrum lævumve latus, tunc inſula fundô
Vellitur, & dubiæ nutant cum mœnibus urbes.

Huc pertinent illa ejusdem Poëtæ ex libro 2.

——— ——— gravibusqve gementem
Enceladum calcabat eqvis, immania findunt
Membra rotæ, preſſâqve Gigas cervice laborat,
Sicaniam cum Dite ferens, tentatqve moveri
Debilis.

Et ex l. 3.

An vicina mihi qvaſſatis faucibus Ætna

Protu-

Digitized by Google

...tulit Enceladum ?

...illa, ex Panegyricô in 3. Conſulat. Honori:

Ruptâ ſi mole Typhœus
...inclis proſiliat, Tityus ſi membra reſolvat
...ut furor Enceladi projectâ mugiat Ætnâ.

...x carmine in pios fratres:

...aud eqvidem immeritò tantâ virtute repreſſas
Enceladi fauces obriguiſſe reor.
...pſe redundantem frenavit Mulciber Ætnam
Læderet exempli ne nocumenta pii.

...ndem Gigantem Ætnæ ſubjiciunt etiam Lu-...us & Statius. Sic enim ille l. 6. Pharſal.

...on ſic Ætnæis habitans in vallibus horret
Enceladum ſpirante notô, cum tota cavernas
...gerit & torrens in campos defluit Ætna.

...c autem l. 3. Thebaid.

— — — aut ubi tentat
Enceladus mutare latus, procul igneus antris
Mons tonat, exundant apices fluctusqve Pelorus
Contrahit & ſperat tellus abrupta reverti.

...ibus jungi poteſt etiam Seneca in Herc. Oet. ...ct. 4.

...ferret Ætnæos inde caminos,
Scinderetqve latus montis aperti
Nondum Enceladus fulmine victus.

§. 3. Nec minus apud Græcos Poëtas Ence-...do flammarum ex Ætna eructatio aſcribitur. ...rphei verſus in ſection. 1. c. 1. in hiſtoria incen-...iorum Ætnæ ante Romanorum Cæſarum ...tatem ſunt adducti. Oppianus l. 1. Cyneg. ita ...anit:

ὅτι τοι σκέπας Ἐγκελάδοιο
Πυρσοῖς αἰθαλόεσσιν ἐρευγομένοιο κεραυνῶ

Σικελίης Αἴτνης ἀνεκάχλασιν ἀέναον πῦρ.
Smyrnæus autem de Troj. expugn. ſeu ſupplem.
Hom. l. 4.

— — Διὸς ςονόεντι κεραυνῷ
Ἐγκέλαδ☉ δέδμητο κατ' ἀκαμάτοιο θαλάσ-
σης
Θρινακίης ὑπένερθεν, ὅλη δ' ὑποτύφεται νῆσ☉.

Et l. 14.

— — μεγάλοιο κατ' Ἐγκελάδοιο δαΐφρων
Παλλὰς ἀειραμένη Σικελὴν ἐπικάββαλε νῆσον
Ἥ ῥ' ἔτι καίεται αἰὲν ὑπ' ἀκαμάτοιο Γίγαντ☉.
Αἰθαλόεν πνείοντ☉ ἔσω χθονός.

§. 4. Alij verò locô Enceladi Ætnæ ſubjiciunt Typhonem ſive Typhoea, Terræ Tartariqꝫ filium juxta Heſiodum in Theogonia, vel, ut Homerus fabulatur, ex terrâ ſine patre natum, cum Juno ſcilicet illam vehementer percuſſiſſet, poſtqvam à Diis Deabusqve omnibus importunis ſuis precibus extorſerat, ut & ſibi ſine maris congreſſu parere liceret, non ſecus ac Jupiter Palladem ex nudô cerebrô pepererat.

§. 5. Prodiens igitur ex terrâ Gigas cum nutritus à Dracænâ usqve ad miraculum adoleviſſet, unà cum ſtaturâ ac robore ſic ejus ferociæ ſuccrevit, ut & cælitibus inferre bellum non dubitaret. In qvo conflictu cæteris cælicolis in fugam converſis Jupiter in Typhonis poteſtatem venit, qvi illum in Ciliciam humeris ſublatum transportavit, ibiqve conciſis manuum pedumqve nervis tamdiu tenuit captivum, donec

Mer-

Mercuriô nervos Typhoni ſuffurante priſtinas ille vires recuperans cum belluâ denuò conflixit, & primùm qvidem vulneravit fulmine, deinde verò fugientem Ætnæi montis mole ſuppreſſit.

§. 6. Et ex ejus faucibus ignes Ætnæ projici Pindarus aſſerit, cujus hæc ſunt inter alia Pyth. od. 1.

Τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι, θαῦμά τε καὶ παρεόν-
των ἀκοῦσαι,
οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς
Καὶ πέδῳ. Στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ' ἅπαν νῶτον ποτι κεκλιμένον κεντεῖ.

Itemqve Æſchylus in Promethcô vinctô:

Καὶ νῦν ἀχρεῖον καὶ παρήορον δέμας
Κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου &c.

h. e.

Et nunc inutile ac protenſum corpus
Jacet anguſtias prope maritimas,
Sub radicibus Ætnæis igneſcens.

Loqvitur autem de Typhone, ut verba paulò poſt ſeqventia oſtendunt:

Talem Typhon ebulliet indignationem
Ferventibus eructationibus procellæ flammeæ & perennis
Utut fulmine Jovis concrematus.

§. 7. Similia legas apud Latinos Poëtas. Sic enim Ovidius l. 1. de pont. eleg. X.

Vidimus Ætnæâ cœlum ſplendeſcere flammâ,
Suppoſitus monti qvam vomit ore Gigas.

Qvod autem Typhœum ſubintelligat, ex alio locô patet l. 4. Faſtor:

Alta jacet vaſti ſuper ora Typhoeos Ætna,
Cujus anhelatis ignibus ardet humus.

Clarior locus extat l. 5. Metam:

Vaſta Giganteis injecta eſt inſula membris
Trinacris, & magnis ſubjectum molibus urget
Æthereas auſum ſperare Typhoea ſedes.
Nititur ille qvidem, tentatqve reſurgere ſæpe,
Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubjecta Peloro,
Læva Pachyne tibi, Lilybeô crura premuntur,
Degravat Ætna caput, ſub qva reſupinus arenas
Ejectat, flammasqve ferô vomit ore Typhoeus.

Huc pertinet illud Silii Italici:

Tum Catina ardenti nimiùm vicina Typhoeo.

Conferatur Hygini mytholog. c. 152.

§. 8. Alii tamen aliter fabulam enarrant, prout illam ſuo qvisqve vel metro vel placito accommodavit. Sic Valerius Flaccus Argon. 1. non à Jove, ſed à Neptuno ſuperjectam Siciliam Typhoni fabulatur:

——— ——— ſcopulis ſed maximus illis
Horror adeſt, Siculâ preſſus tellure Typhoeus.
Hunc refugum & ſacras revomentem pectore flammas,
Ut perhibent, prenſum ipſe comis Neptunus in altum
Abſtulit, implicuitqve vadis totiesqve cruentâ
Mole reſurgentem torqventemqve angvibus undas
Sicanium dedit usqve fretum, cumqve urbibus Ætnam
Intulit ora premens, trux ille ejectat adeſi
Fundamenta jugi, pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, injectam feſſô dum pectore molem
Commovet experiens gemituqve reponit inani.

Sic

Digitized by Google

Sic Herodotus in Thaliâ & Apollonius Argon. l. 2. Typhonem à Jove fulminatum in agrum Peluſium confugiſſe dicunt ibiqve ſub Serbonide lacu occultari. Sic enim habent verba Apollonii:

Καυκάσῳ ἐν κνημοῖς Τυφαονίῃ ὅθι πέτρῃ
Ἔνθα Τυφάονά φασι Διὸς Κρονίδαο κεραυνῷ
Βλημένον, ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας
Θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον, ἵκετο δ' αὔτως
Οὔρεα καὶ πεδίον Νυσήιον, ἔνθ' ἔτι νῦν περ
Κεῖται ὑποβρύχιος Σερβωνίδος ὕδασι λίμνης.

qvi verſus apud Natalem comitem ſic exprimuntur Latinè redditi:

Ad juga Caucaſia atqve Typhaonia eſt ubi petra,
Fulmine ibi cæſum memorant atqve igne Typhoeum
Exarſiſſe Jovis, dextram inde tetendit inermem
Ille Jovi ſupplex, ſed fruſtra Jupiter ignes
In caput huic torſit, montes Nyſamqve petivit
Ille fugâ, qvocunqve metusqve pedesqve tulere.
Nunc etiam ille latet clam ſub Serbonidos undâ.

Alii Typhonem in antrô qvodam Ciliciæ ſepultum tradunt, qva de re videri poteſt etiam Mela l. 1. & Solinus c. 59.

§. 9. Pherecydes autem apud Apollonii Scholiaſten annotavit centiceps illud monſtrum fulminis ictu ſauciatum in Caucaſum primùm, deinde verò, cum mons arderet, in Italiam confugiſſe ac in Inarimen, (qvæ & Ænaria & Pithecuſa & Iſchia dicitur,) veniſſe narrat. Et non deſunt certè Poëtæ, qvi Gigantem hunc Inarimæ ſupponant, ut Virgilius 9. Æn.

Tum

Digitized by Google

Tum fortiùs Prochyta alta tremit, durumqve cubile
Inarime Jovis imperiis impoſta Typhœo.

Claudianus l. 3. de Rapt. Proſ.

——— ——— rupitne Typhoeâ cervix
Inarimen?

Lucanus l. 5. pharſal.

- - ceu Siculus flammis urgentibus Ætnam
Undat apex, Campana fremens ceù ſaxa vaporat
Conditus Inarimes æternâ mole Typhoeus.

Silius Italicus l. 8.

Non Prochyte, non ardentem ſortita Typhoeum
Inarime.

Seneca in Herc. Oet. act. 4.

Vincet ſcopulos inde Typhoeus
Et Tyrrhenàm feret Inarimen.

§. 10. At verò Horatius non Typhœum modò ac Enceladum, ſed alios etiam Gigantes Ætnæ ſubjectos eſſe teſtatur. Cum enim l. 3. Carm. od. 4. Titanum pugnam adverſus Superos enarrâſſet & non Typhœi modò ac Enceladi, ſed etiam multorum aliorum mentionem injeciſſet, hæc tandem ſubnectit:

Injecta monſtris terra dolet ſuis
Moeretqve partus fulmine luridum
Miſſos ad orcum, nec peredit
Impoſitam celer ignis Ætnam.

§. 11. Nec ab Ætnâ ſolùm, ſed ab aliis etiam montibus ac inſulis Gigantes premi fabularum Magiſtri tradunt. Typhonem à qvibusdam Ænariæ ſubjici jam eſt dictum. Et Artemon qvemlibet montem ignis evomitione laborantem à Typhone comburi ſtatuit, ut Dickinſonus

in

Digitized by Google

in Delphis ſuis Phœnicizantibus c. 2. teſtatur, ubi prolixè demonſtrat, aut demonſtrare ſaltem conatur, Typhonem eundem eſſe cum Ogo, cujus in Sacrâ Scripturâ mentio injicitur. Silius autem Italicus l. 12. ut Ænariæ Japetum, ſic Prochyta Mimanta, Phlegræis autem campis univerſos Gigantes ſubjicit. Poſtqvam enim Phlegræos campos graphicè deſcripſit, ita pergit:

Tradunt Herculeâ proſtratos mole Gigantes
Tellurem injectam qvatere, & ſpiramine anhelô
Torreri latè campos, qvotiesq; minantur
Rumpere compagem oppoſitam, expalleſcere cœlum.
Apparet Prochyte ſævum ſortita Mimanta,
Apparet procul Inarime, qvæ turbine nigrô
Fumantem premit Japetum, flammasq; rebelli
Ore ejectantem, &, ſi qvando evadere detur,
Bella Jovi rurſus, Superisq; iterare volentem.

Sic Veſuvio Claudianus L. 3. de rapt. Proſ. Alcyonea ſubdit:

——— ——— fractâne jugi compage Veſevi
Alcyoneus per ſtagna pedes Tyrrhena cucurrit?

Atqve hæc una Poetarum eſt de Ætnæis aliorumqve montium incendiis fabula.

§. 12. Subſeqvitur altera non minus frequens, imò ſi Apollonio credimus apud Philoſtratum l. 5. vulgatior, flammas nimirum è Vulcani fabrilem cum ſuis Cyclopibus artem exercentis fornacibus expirari. Qvod paſſim innuunt Poëtæ. Virgilius l. 8. Æn.

Qvam ſubter ſpecus ac Cyclopum exeſa caminis
Antra Ætnæa tonant, validisqve incudibus ictus
Auditi referunt gemitum &c.
Huc tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto.

Fer-

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro
Brontesq; Steropesqve & nudus membra Pyracmon.

Silius Italicus:

Ætnæos qvoqve contorqvens è cautibus ignes
Lemnius intonuit, ſcopulisq; in nubila jactis
Phlegræus tetigit trepidantia ſidera vortex.

Lucanus l. 1.

Ora ferox Siculæ laxavit Mulciber Ætnæ.

Horatius l. 1. Carm. od. 4.

——— ——— dum graves Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.

Claudianus de piis fratribus:

Ipſe redundantem frenavit Mulciber Ætnam.

Statius l. 5. Theb.

——— ——— Ægæo premitur circumflua Nereo
Lemnos; ubi ignifera feſſus reſpirat ab Ætna
Mulciber.

Æschylus in Prometheo vincto:

In verticibus autem ſummis fabricans ſedet
Vulcanus, unde qvondam erumpent
Fluvii ignis ſævis maxillis abſumentes
Ampla jugera feracis Siciliæ.

Hinc illud Ciceronis in lib. de Divinat: *non te puto eſſe eum, qui Jovi fulmen fabricatos Cyclopas in Ætnâ putat.* Et illud Luciani vel Jovis potiùs apud Lucianũ in Timon. ſ. Miſantrop. *memineris,* inqvientis, *Mercuri, ut rediens ex Ætnâ Cyclopas tecum adducas, qui fulmen reſarciant.*

Itemqve illud Franciſci Petrarchæ *Sonetto 38.*

Le braccia a la fucina indarno move
L' antiqviſſimo Fabbro Siciliano,
Ch' à Giove tolte ſon l' arme di mano
Temprate in Mongibello tutte prove.

ut alia loca jam ommittam.

Digitized by Google

§. 13. Qvod ſi nucleos ſub his corticibus abſconditos eviſceremus, per Vulcanum & Cyclopes nihil aliud ſubntelligere videntur Poëtæ qvàm ſubterraneos ignes ſeu fumos ac pingviores exhalationes ad inflammationem proclives, qvæ poſtqvam proruperunt Jovi fulmina fabricantur hoc eſt fulminibus aliisqve meteoris igneis materiam ſubminiſtrant. Gigantes autem illi nihil ſunt aliud, qvàm ſpiritus qvidam ignei, qvos Jovis h. e. naturæ imperiū ex terrâ & Erebô ſeu profundiſſimis ſubterreſtrium ignium barathris prognatos ingratô celeres obruit otiô & abditisſimis terrarum ergaſteriis incluſit, duriſſimæ cruſtæ repagulô munitis. Qvi cuſtodiam detrectantes fugam continuò moliuntur, concuſſiqve ſubterraneis fornicibus majores jugiter eundô vires acqvirunt, donec obicibus effractis qvà data porta ruunt, & Jovem ſeu cælum verſus ingentia fruſta mittunt.

§. 14. Hôc ferè modô fabulam de Typhone interpretatur Bocatius de Genealog. Deorum l. 4. c. 22. *Videntur*, inqvit, *in his naturam & cauſam terramotuum ſatis convenienter, latenter tamen oſtendere, qui finxêre. Dicit enim Papias Typhonem* idem ſonare qvod flammas ejicientem, ut per hoc ſatis videre poſſimus, eos primò exhalantem in terræ viſceribus clauſum ignem oſtendere voluiſſe in qvantum illi ſuper impoſitos montes à Jove h. e. à naturâ rerum ajunt. In qvantum autem Typhoeum ſe erigere

Digitized by Google

gere conantem dicunt, terræ motuum cauſam oſtendunt. Eſt autem terra plurimùm caverноſa, in qvibus cavernis ut aër interclusus ſit, aliqvando neceſſe eſt. Et ibidem nonnunqvam contingit, per ſubterraneos meatus aqvam etiam penetrare, cujus qvalicunqve motu oportet ut aër etiam moveatur, qvi motu ſuô & ab obicibus hinc inde percuſſus, & in vehementiorem motum excitatus calefit. Eo autem calefactô tantæ efficitur potentiæ motus ejus, ut circumadjacentia cuncta concutiat & moveri faciat. Et, ſi bituminoſa atqve ſulphurea terra loco tali propinqva ſit, ut accendatur confeſtim, neceſſe eſt, nec extingvitur unqvam tali materiâ perdurante. Et cum neqveat ignis teneri clauſus, & eo ardente multum augeatur aëris, nec tanti ſit capax locus, fit non ſolùm concuſſio grandis terræ adjacentis, ſed etiam aperiri cogitur, & exitum præſtare accenſo igni, qvi evaporans Typhonem *h. e. ejicientem flammas locum facit.* Nec multum ab hâc expoſitione abludit Natalis Comes l. 6. mythol. c. 22. *Alii*, inqvit, *hanc fabulam* ad res naturæ totam retulerunt, qvippe cum ſcribat Strabo l. 5. univerſum tractum à Cumis in Siciliam, & Ætnam, & Liparenſes inſulas, & Puteolanum, & Neapolitanum, Bajanumqve agrum, Pithecuſasqve inſulas profundas qvasdam & in unum coeuntes ſub ſe habere cavernas ſolitum, qvæ in Græciam usqve porrigerentur, in qvibus multa vis ineſſet ſulphurea,

idcirco

idcirco qvibusdam temporibus, cum ventis ſpirantibus ſubterranei terræmotus fiunt freqventes, in illis locis flammarum ferventiumqve aqvarum profluvia ignisqve exhalationes & cineres cum favillis longiùs emittuntur.

§. 15. Qvæ translationes, utut ſic ſatis videantur commodæ, incertum tamen eſt, an attingant mentem Poëtarum, cum non deſint, qvi & Vulcani & Gigantum fabulam longè diversô ſenſu ſunt interpretati. Nam qvòd ad Gigantes & Typhonem qvidem imprimis ſpectat, alii ad primam mundi originem, alii ad ventos in ſublimi ſpirantes, alii ad peſtiferos aëris tractus fabulam deducunt. Multis contra, qvorum alii Typhonem prodigioſæ magnitudinis ſerpentem, alii crudeliſſimum Ægypti, alii Ciliciæ Regem, alii Ogum illum Regem in Baſan in ſacris notum (pro qva poſtrema ſententiâ nonnulla affert. Voſſius in Theologiâ Gentilium & Edmundus Dickinſon, ut jam ſupra fuit indicatum) fuiſſe ſuſpicantur, hiſtorica; multis, qvorum alii de ambitioſâ regnandi libidine, alii de rebellionibus & variâ Regum fortunâ fabulam confictam rentur, Politica magis commenti translatio arridet. Ut de Vulcanô jam nihil dicam, per qvem alii Thubal-Cainem, cujus in Sacrô Codice mentio fit, alii Ægyptium qvendam virum & primum ignis inventorem ſubintelligunt.

§. 16. Igitur qvis Poëtarum ſenſus fuerit, in

Digitized by Google

medio relinqvo, ne videar illos imitari velle, qvi ſimilem ſibi in transferendis fabulis licentiam ſumunt, ac Poetæ in fingendis, &, ut ſuis placitis antiqvitatis venerationem acqvirant, Poetarum fabulas ad ea traducunt. *Vetus enim illa eſt & freqvens vanitas*, ut indignatur juſtiſſime Franciſc. Baconus de Verulamio in proœm. tract. de ſapient. vet. *nec nuper nata aut raro uſurpata. Nam & Chryſippus Stoicorum opiniones vetuſtiſſimis Poëtis velut ſomniorum aliqvis interpres aſcribere ſolebat, & magis inſulsè Chymici ludos & delicias Poëtarum in corporum transformationibus ad fornacis experimenta transtulerunt.*

§. 17. Qvid multis? nec ipſi Poetæ, cum in montium incendiis verſantur, fabulis contenti ſunt. Sanè Claudianus, cum in Ætnâ deſcribendâ occupatus eſt, poſt memoratos Enceladi furores philoſophicas ejus rei cauſas ſubnectit. Qvem tamen Scaliger in Rebus ſuis Poeticis, ut Barthius in lib. I. Claudiani de R. P. animadvertit, haud injuriâ reprehendit, qvod Phyſicum velut profeſſum induat & à modo propoſitô operis argumentô in alieniſſimas ab inſtitutô diſſertationes digrediatur.

§. 18. Qvid Autor Ætnæ de fabulis iſtis ſentiat, judicari poteſt ex ſeqventibus:

Principiò, ne qvem capiat fallacia Vatum,
Sedes eſſe Dei, tumidisqve è faucibus ignem
Vulcani ruere & clauſis reſonare caminis
Eeſtinantis opus, non eſt tàm ſordida Divis

Cura,

Cura, nec extremas jus eſt demittere in artes
Sidera, ſeducto regnant ſublimia cœlo
Illa, nec artificum curant tractare labores.
Diſcrepat à primâ facies hæc altera Vatum,
Illis Cyclopas memorant fornacibus uſos,
Cum ſuper incudem numeroſa in verbera fortes
Horrendum pugnis qvaterent ſub pondere fulmen,
Armarentqve Jovem. Turpe eſt ſine pignore carmen.
Proxima vivaces Ætnæi verticis ignes
Impia ſollicitat Phlegræis fabula caſtris.
Tentavêre nefas olim detrudere mundô
Sidera, captiviqve Jovis transferre Gigantes
Imperium & victo leges imponere cœlo &c.

Et deinde qvibusdam interjectis addit:

Gurgite Trinacriô morientem Jupiter Ætnâ
Obruit Enceladum, vaſti qvi pondere montis
Æſtuat & patulis expirat faucibus ignes.
Hæc eſt mendoſæ vulgata licentia famæ,
Vatibus ingenium eſt, &c.

§. 19. Unde & Apollonius Tyaneus ejusqve ſocii, cum à Catanenſibus audiviſſent, Typhoeum illic ligatum jacere, & ex eô prodire ignem, qvi Ætnam comburat, ipſi veriſimliores & Philoſophis convenientiores eâ de re cauſas inqvirebant, principium faciente Apollonio & ſocios interrogante: *an vobis ſermo fabuloſus videtur?* & *eſt profectò*, reſpondente Menippô, *talem enim laudant & ſeqvuntur Poëtæ*, poſt diſcurſum de fabulis Æſopicis habitum, *dicunt*, ajebat Apollonius, *Typhoeum qvendam ſive Enceladum ſub Ætnâ ligatum montiq; obluctantem hunc ignem anhelandô emittere. Ego autem Gigantes qvidem fuiſſe dico, multisq; locis diruptis tumulis ejus-*

 modi

Digitized by Google

modi corpora oſtendi, non tamen, ut fertur, tum Diis pugnâſſe credo, ſed forſan Deorum ædes ac templa violâſſe. Quòd autem cœlum aggreſſi fuerint, nec ibi conſiſtere permiſerint, dicere inſania quadam eſt, inſanius etiam credere. Neq; verò hæc, pergebat, quamvis ſit vulgatior, oratio à nobis probetur, Vulcanum in Ætnâ fabrilem artem exercere, ibiq; indefeſsè laborantem audiri. Multi namq; alii montes diverſis terrarum locis igniti ſunt, nec tamen aut Gigantes aut Vulcanum ibi eſſe quisquam dicit. Hæc Apollonius apud Philoſtratum in ejus vita l. 5. Cujus hac in parte ſecutus exemplum meum faciam illud ſive Severi ſive Manilii:

Debita carminibus libertas iſta, ſed omnis
In verô mihi cura. —— ——

CAP. II.

OPINIO PORPHYRII, PSELLI, TRITHEMII, BODINI, HELMONTII.

Summ.

Porphyrius Pſellus & Trithemius ſubterraneis Dæmonibus montium incendia aſcribunt. Iidem ſex Dæmonum genera faciunt, igneos, aërios, terreſtres, aqvaticos, ſubterraneos & lucifugos. Eorum inter ſe diverſitas ratione loci ac operum. Bodinus etiam ad Dæmones confugit. Nec multum diſcrepat Helmontius. Abſurda-

ratio

Digitized by Google

ratio pro Bodinô. Memorabilis hiſtoria. Num ex ea probari poſſit, Dæmones montium incendia cauſari. Montium incendia alia ſunt naturalia, alia miraculoſa, alia mixta.

§. 1.

NUm verò etiam Porphyrio & Pſello Platonicis Philoſophis, qvos Marſilius Ficinus interpretatus eſt, omnis circa hoc negotium in verô cura fuerit, incertum eſt, illud certum, longè illos à verô diſceſſiſſe. Sextuplices autem illi Dæmones faciebant, *igneos*, in ſublimiori ſcilicet aëre, qvem ignem appellabant, vagari ſolitos, *aërios*, in aëre terræ proximô circumvolitantes, *terreſtres*, in ipſius terræ regionibus verſantes, *aqvaticos*, in aqvis, maribus locisve paluſtribus habitantes, *ſubterraneos* in ipſis terræ viſceribus & præſertim venis metallicis degentes, ac tandem *lucifugos*, lucem fugientes ac in perpetuis tenebris horrentes.

§. 2. Ex his ſubterraneos fundamenta terræ concutere, hiatus aperire, incendia ſuſcitare & ſimilia naturæ effecta cauſari fingebant. Sic enim Porphyrius in librô de ſpeciebus bonorum & malorum Dæmonum: *Unum hoc eſt inter maxima damna, qvæ à maleficis Dæmonibus inferuntur, qvòd videlicet, cum ipſi infelicium paſſionum terrenis incidentium autores ſint, ut peſtis, penuriæ, terræmotus, æſtus, incendii atq; ſimilium, nobis interea perſvadent &c.* Pſellus autem de Dæmonibus: *qvintum ſubterraneum, qvod habitat qvi-*

 de ce

Digitized by Google

dem ſub terrâ, invadit autem eos, qvi puteos effodiunt & metalla, efficit hiatus terræ, & fundamenta concutit flammivomosq́ ventos ſuſcitat.

§. 3. Qvæ ſententia, licèt hoc magis adverſetur veritati, qvò Poëtarum fabulis affinior eſt, nihilominus tamen patronos ſuos & aſſeclas invenit. Qvibus Petrus Crinitus l. 21. c. 5. de honeſtâ diſciplinâ annumerat etiam Auguſtinum, addens, eum hac in re non tam Chriſtianam Academiam, qvàm Platonicorum placita & commentarios ſecutum. Huc referre poſſumus etiam Johannem Trithemium l. 8. qvæſt. ad Maxim. Cæſ. qvæſtione 6. ubi varia Dæmonum genera diſtingvit ratione locorum, in qvæ cadentes ex ipſius opinione ſtatim in principiô ſunt detruſi. Et primum qvidem genus, igneum nimirum, nunqvam ad hæc inferiora demergi ſcribit, ſed continuò ſub Lunæ regionibus permanere, nec ullum cum hominibus habere commercium, cum propter ſuam ſubtilitatem craſſum aliqvod corpus induere non poſſint. Secundum verò genus aërium nempe ſæpè viſibili ſpecie mortalibus apparere, præſertim maleficarum cantibus evocatum aut nocendi ſtudiô compulſum. Et ab his Dæmonibus aërem conturbari credit, tonitrua item variasqve tempeſtates in hominum perniciem concitari. E tertiô genere ſcilicet terreſtrium, alios in ſylvis verſari ſcribit venantibus inſidiantes, alios in campis moleſtos peregrinantibus & noxios, alios in

caver-

cavernis, reliqvos cum hominibus in obſcuro de- lectari. Qvo refert Delrio (qvi l. 2. diſqviſit. Magic. qvæſt. 37. ſect. 2. Trithemii de Dæmonibus diſcurſum adducit & ſuis commentariis interjectis illuſtrat & caſtigat) Faunos, Satyros, Napæas, Dryades, Hamadryades, & ſimiles Pſeudotheos. Qvartum Dæmonum genus, qvod aqvaticum appellat, admodum fraudulentum & inqvietum eſſe ſcribit, ab eoqve tempeſtates maris commoveri, naves demergi, homines in profundum trahi. Tandem, ubi ad ſubterraneos Dæmones accedit, *qvintum*, inqvit, *genus ſubterraneum dicitur, qvod in ſpeluncis & cavernis montiumqve remotis concavitatibus domoratur. Et iſti Dæmones affectione ſunt peſſimi; eosqve invadunt maximè, qui puteos & metalla effodiunt, & theſauros in terris latentes qværunt, in pernitiem humani generis paratiſſimi. Hiatus efficiunt terræ, ventosqve flammivomos ſuſcitant, & fundamenta ædificiorum concutiunt.* Addit poſtea plura de his Dæmonibus ſubterraneis, nec non de lucifugis, qvi ſextum ipſi Dæmonum genus conſtituunt. Sed nolo his figmentis ulterius immorari. Videatur etiam Schottus in Phyſ. Curioſ. l. 1. c. 12.

§. 4. Notandus autem hîc etiam Bodinus ejusdem certè farinæ, qvi, tametſi Dæmones pro diverſis locis ac gradibus in varia genera non diſtingvat, expreſsè tamen l. 2. theatr. natur. teſtatur, Dæmones turbare mare & aëra,

terrere animos noſtros fulminibus, nivibus, nimbis, tempeſtatibus, ventis, grandinibus, terræ motionibus, fremitibus, tonitribus, imbribus cruentis, repentinis hiatibus, facibus flagrantibus, & portentorum inopinatô concurſu. Qvæ ſententia, cum Dæmonibus attribuat, qvod naturalibus potiùs cauſis eſt aſſignandum, haud ſanè theatrô naturæ ſatis conveniens videtur.

§. 5. Nec multùm à Bodinô diſcrepat Helmontius in inauditis ſuis (ſic enim vocat) Phyſicæ initiis, adeoqve torporis in indagandis naturalium rerum cauſis notam ipſe non effugit, cujus in illo locô Peripateticos accuſat. Qvi licèt fateatur in ortu medicin. nov. tract. 19. de terræ trem. incendia montium & eructationes venarum metallicarum qvodammodo ſuis naturalibus ſtare cauſis, *cũ nimirum camerâ montis aliqvâ flammis abunde toſtâ rimarumqve plenâ in voraginem decidente liqvefacta ſulfura cum marcaſitis non ſine ingenti cataclyſmate tolerent decidens toſti rupis fragmentum, qvin totum flamma revomat*, omnem tamen terræ tremorem, cujus Ipſo judice velut effectus qvidam eſt & conſeqvens montium conflagratio, Dæmonum virtuti tribuit, neqve terram convelli aut ſedibus ſuis emoveri poſſe putat, niſi Angelus aliqvis ipſam feriat. Itaqve mediatè ſaltem & remotè montium incendia putat à Dæmonibus proficiſci. Qvod inter inaudita Phyſicæ principia meritò referendum puto.

§. 6.

Digitized by Google

§. 6. Cæterùm pro Bodinô facit ſulphureus odor individuus incendiorum comes, cum compertum ſit ipsô judice, qvod Dæmones plerunqve ſulphureum qvendam odorem poſt ſe relinqvant. Nam ex eodem fonte probat Bodinus fulmina à Dæmonibus immitti, tàm ineptè qvidem, ut eum riſum aucupari putes.

§. 7. Neqve verò Dæmonum patronos illud juvat, qvod Gilbertus Cognatus l. 8. narration. & ex eo Zvvingerus theatr. vol. V. l. 4. Anno 1536. contigiſſe annotavit. Refert nimirum, negotiatorem qvendam Siculum Catanâ Meſſanam profectum decem fabros cæmentarios cum ferramentis ſuis, & paulo pòſt iterum decem, nec longô pòſt intervallô virum ſupra vulgarem ſtaturam procerum, barbæ prolixæ & nigrum (qvi, ſi claudicaſſet, Vulcanus videri potuiſſet,) interrogantem offendiſſe: num per viam operas ſuas vidiſſet ædificii cujusdam gratiâ in Ætnam à ſe præmiſſas? Qvod cum Mercator affirmâſſet & addidiſſet, mirari ſe, qvid ædificii exſtruere in Ætnâ meditetur, monte ſic adhuc nivibus opertô, ut permeari commodè non poſſit, retuliſſe ignotum Architectum, ſatis artis ſibi viriumqve ſupereſſe, imò multò majus perpetrare ſe poſſe, ſi velit. Qvô dictô cum evanuiſſet, tantum qvidem terrorem invaſiſſe mercatorem, ut adhuc ante veſperam è vivis emigraret, poſtridie verò famoſum illud flammarum ex Ætnæis crateribus emanâſſe profluvium

Digitized by Google

vium, qvod nulli paene Scriptores intactum reliqverant.

☞ §. 8. Primùm enim illud conſtat, hoc eſſe Dæmoni peculiare, ut, cum ſine Dei permiſſu admodum ſit impotens, tamen aliqvam de ſe poteſtatis opinionem penes homines excitare ſtudeat. Igitur ſordidus ille Faber, qvem de numero Dæmonum fuiſſe dubium non eſt, non ſtatim Autor exiſtimandus eſt incendii à ſe prædicti, qvod ex cauſarum naturalium nexu impendere non difficulter prævidit. Deinde diſtingvendum videtur inter montium incendia naturalia, miraculoſa & mixta. In miraculoſis & mixtis obtinere qvandoqve locum Dæmones Dei permiſſu facilè crediderim. Omnes autem omninò montes à Dæmonibus accendi, nec ullam montium conflagrationem ſine Dæmonum virtute contingere, nulla ſufficiens ratio perſvadet.

CAP. III.

OPINIO SURII ET ALIORUM PONTIFICIORUM NEC NON ALIA PYTHAGORÆ ET PALINGENII.

Summ.

Surius montes ignivomos Tartari qvædam oſtia eſſe putat. Kircherus ſubterranea pyrophylacia non

non magis ad Naturæ uſum, qvàm ad pœnas peccatorum eſſe deſtinata aſſerit. Henricus de Aſſia & Bartholomæus Sibylla montes ignivomos particulares qvosdam & temporarios damnatorum carceres facit. Speciem quid his erroribus conciliet. Apparitiones ſpectrorum circa Heclam & Ætnam. Hatto in Ætnam à Diabolô præcipitatus. Theodoricus in ollam Vulcani Liparæ vicinam delatus eſt. Gregorii de Eumorphô locus. Damiani de Salernitano Principe itemqve Pandulfo & Johanne qvodam relatio. Chriſtianorum reſponſum de Veſuvio apud Cedrenum. Pythagoras & Palingenius conciliis mortuorum & Manibus incendia montium aſcribunt.

§. I.

AB eorum ſententiâ, qvi Dæmonibus hoc naturæ miraculum aſcribunt, ad eos commodè tranſeo, qvi montes ignivomos Purgatorium qvoddam aut Tartari limen eſſe ſtatuunt. Laurentinus enim Surius ad annum 1537. poſtqvam à Philoſophis cauſas qvasdam Ætnæorum ignium naturales afferri dixerat, veriſimile eſſe ſubjungit, qvicqvid ſtatuant Philoſophi, iis in locis eſſe Tartari qvædam oſtia & loca puniendis animabus diſtinata. *Voluit autem*, ut idem addit, *Omnipotens Deus ejusmodi in terris extare loca, ut certiùs norint mortales, qvæ pœnæ maneant impios poſt hanc vitam, & ſic diſcant timere Deum, ut poſſint æternos ignes evadere.* Huic

adſti-

Digitized by Google

adſtipulatur Petrus Bleſenſis, qui ep. 46. Ætnam Inferni portam appellat.

§. 2. Nec alienus eſt ab hac ſententiâ Kircherus, cum tom. I. mund. ſubterr. l. 2. c. 19. aſſerit, Patres abyſſorum omnium Pyrophylaciçarum maximam in centrô terræ non incongruè ſtatuiſſe æternum improbis ad pœnam deſtinatum carcerem. *Nihil ergò*, pergit paucis interpoſitis, *abſurdi dixerimus, ſi abyſſum infernalem ſimul pro tempore naturæ neceſſitati & animabus modò, poſt univerſalem autem* ἀνάςασιν *damnatorum corporibus animabusque æternùm cruciandis ex æqvô deſtinatam aſſeruerimus. Idem de purgatoriô ſentiendum puto, qvod forſan haud improbabili conjecturâ in intimis terræ receptaculis in uno aut pluribus pyrophylaciis locum obtinet. Sicut enim valde congruum fuit Divinæ Potentiæ naturali aqvæ elementô cùm ad Phyſicos, tum ad ſupranaturales effectus præſtandos ſubinde uti: Ita quoque qvàm maximè congruum naturæ fuit, in terrâ locum igni decernere, & ex hoc, velut ex centrali pyrophylaciô, virtutis ſuæ efficaciam aliis pyrophylaciis ſuperioribus, & hæc aliis & aliis per ſubterraneos ductus usq; ad ipſam telluris ſuperficiem communicare.*

§. 3. Cum his ſentiunt Heinricus de Aſſiâ ſuper Geneſin & Bartholomæus Sibylla Monopolitanus ſpeculô peregrinarum qvæſt. dec. I. c. 3. qv. 3. qvæſtiunculâ 3. ut qvi montes ignivomos particularia qvædam & temporaria purgatoria eſſe putant.

Digitized by Google

putant, in qvibus ob cauſas Deo notas qvædam damnatorum animæ uſq; ad diem judicii peccatorum pœnas luant.

§. 4. Et ſpeciem aliqvam hic error accipit ex iis, qvæ de Epiſcopô Bremenſi à Diabolô in Heclam transvectô, ut & de divagantibus ibi animarum ſpectris & reſonantibus cum miſerabili gemitu lamentantium qverimoniis Olaus, Bleſkenius, & alii retulerunt. Unde Libavius l. 1. de bitum. c. 5. *Eſt accommodatum valdè*, inqvit, *qvod bitumen etiam infernalibus ſedibus aſſignant; ad qvas fortè via eſt per Heclæ montem circa cujus fauces & craterem ajunt apparere umbras manesqve malè defunctorum. &c.* Nec diſſimilia de Ætnâ Bartholomæus Anglicus refert l. 14. de proprietatibus rerum. *Ætna mons*, inqvit, *in Siciliâ altisſimus, ex qvo erumpit ignis cum ſulphure, qvemadmodum in Gehennâ. In hôc monte ſæpiùs dicuntur apparere figuræ, audiuntur ſæpe ab incolis gemitus & voces qveruloſæ.*

§. 5. Huc facit, qvod Dreſſerus Iſagog. part. 4. p. 59. 60. & ex Sigeberto, Schedelio, Cranzio, Gigante Zvvingerus vol. 2. l. 5. retulerunt, Hattonem nimirum Archiepiſcopum Moguntinum non μυόβορον illum, ſed alium qvendam ejus Anteceſſorem, eò qvòd Albertum Comitem de Babenberg doloſè occidendum tradidiſſet, fulmine priùs tactum, ac poſtea in Ætnam à Diabolô fuiſſe præcipitatum cum tali ululatu:

Sic peccata lues ſicqve ruendo rues.

Idem

Digitized by Google

Idem legitur in Compilationibus chronologicis ex bibliothecâ Joh. Petreji editis apud Camerarium horis ſubciſ. cent. 2. c. 72. Factumqve id eſſe ſcribitur circa Annum Chriſti 914.

§. 6. Gregorius l. 15. morál. memorat, Anachoretam aliqvem Siculum vidiſſe Regem Theodóricum diſcinctum, diſcalceatum & manibus devinctum inter Johannem Papam & Symmachum Patritium in ollam Vulcani inſulæ Liparæ vicinam fuiſſe delatum. Et c. 35. *qvòd Eumorphus*, inqvit, *morti vicinus in Siciliam ſe duci teſtatus eſt, qvid ſentiri aliud poteſt, niſi qvod præ cæteris locis in ejus terræ inſulis eructante igne tormentorum ollæ patuerunt, qvæ, ut ſolent narrare, qvi noverunt, laxatis qvotidie ſinibus excreſcunt, ut mundi terminô appropinqvante, qvantò certum eſt illic ampliùs exurendos colligi, tantò & eadem tormentorum loca ampliùs videantur aperiri.* Idem repetit l. 4. dialog. c. 45. qvem locum allegans Bellarminus l. 2. de purgator. c. 6. ſcribit, B. Gregorium putâſſe, varias eruptiones ignis, qvæ in terrâ apparent, eſſe indicia qvædam inferni intra terræ viſcera exiſtentis.

§. 7. Ita Salernitanus Princeps, referente Cardin. Damiano l. 1. c. 9. cum flammas à Veſuviô prorumpere vidiſſet, morietur, dixit, ſceleratus aliqvis dives. Qvo judiciô ſeipſum temerarius damnavit, qvandoqvidem proximâ nocte, dum cum meretrice ſecurus concumberet, expiravit. Idem Damianus de Principe

Ca-

Digitized by Google

Capuanô Pandulfô & Johanne militum Neapolitanæ civitatis magiſtrô, mortuis ſcilicet illis, è Veſuviô, unde frequenter Gehenna eructet, flammas erupiſſe ſcribit, & addit: qvandocunqve in illis partibus reprobus aliqvis dives moritur, velut ad ritum ignis è Veſuviô prorumpit. Ex eodem Damianô refert Joh. Henricus à Pflaumern in Mercuriô Italicô, rupi cuidam in campis Phlegræis Dominicâ die nigras qvasdam & horridas volucres inſidere viſas, qvæ circa ortum ſeqventis die, apparente teterrimô corvô crocitante in aqvas ſeſe injecerint, nec totâ deinceps hebdomade comparuerint. Dominicâ enim die velut reqviem à cruciatibus mortuorum manes habuiſſe. Qvo pertinet, qvòd Chriſtianos Imperatoris Titi temporibus interrogantibus: unde tanti è Veſuviô ignes? reſpondiſſe refert Cedrenus: *è Gehennâ Diabolo ac ejus angelis præparatâ.* Et hæc ferè ſunt, qvibus errori ſub ſpeciem aliqvam conciliare Pontificii conantur, qvibus ſcilicet nihil novum eſt ejusmodi fabulas comminiſci.

§. 8. Pergimus ad eos, qvi mortuorum conciliis & Manibus defunctorum ignis è montibus eructationes adſcribunt. Ita docuiſſe perhibetur Pythagoras, & in eam ſententiam quoqve Palingenius inclinat, qvi in Zodiacô ſuô & qvidem in Aqvar. ita canit:

—— —— gignuntur venti telluris in alvô
Ex fumis, qvos vicinâ trahit ignis ab undâ.

Hos

Hos agitant ventos, qvi ſubterranea regna
Dii manes habitant, cæcisqve morantur in antris
Non etenim nugæ proſuſus nec inania verba
Sunt, qvæ de Stygii rebus memorantur Averni.

Faciliùs forſan hoc credent, qvi ignivoma lo
Tartari oſtia faciunt. Ego verò neutrum.

CAP. IV.

OPINIO EORUM, QVI SOLI, MARTI, CÆTERISQVE PLANETIS AC ASTRIS INCENDIA MONTIUM TRIBUUNT.

Summ.

Langius incendia ſubterranea unicè Soli acce refert, cum qvo faciunt Palacius Turnebus Johannes de Dondis. Contrarium aſſerit ex autoritate & rationibus Boethii, Lucretii Lydiati, ex experientiâ communi, & ex mon bus ſub frigidisſimis Arcti plagis ignem evome tibus. Rejicitur Chaldæorum & Babyloni rum veterum ſententia, qvi omnia naturæ gotia cœleſtibus influentiis aſcribebant, nec Aſtrologorum recentium certos Martis aſpe ad montium incendia accerſentium. Orig & Argoli judicium. Objectiones refelluntur Ipſorum conjecturæ qvibus fundamentis nita tur.

§. I

ET hi quidem qvos hactenus adduxi incendiorum Ætnæorum & ſimilium originem apud nos qvæſiverunt, ſunt contrà, qvi cœleſtibus ignis hoc naturæ miraculum vindicent. Chriſtianus enim Langius ante annos non adeò multos in Academiâ mea patriâ Medicinæ Doctor & Profeſſor in tractatu ſuô de thermis nullum in terræ cavitatibus calorem aut incendium eſſe ſtatuit, qui non à Sole non profectum. Quam in rem multa Solis elogia colligit & conflagrationem terræ propè Schmidebergam, qvæ ante aliqvot annos æſtivis diebus poſt intenſiſſimos radiorum Solarium calores contigit, tanqvam infallibilem omniqve exceptione majorem hujus controverſiæ arbitram adducit. Sunt etiam, qui in hanc rem adducunt c. 43. Eccleſiaſtici, ubi montes à Sole dicuntur exuri. Juxta Palatinum enim, ut annotat Cornelius à Lapide in h. l. Sol tripliciter operatur, *ſiquidem exurit montes, igneos torrentes evomit, ac longiſſimè refulget. Cujus rei teſtis eſt Ætna mons à Solis exuſtus calore igneos amnes velut radios exſufflans atque ita â flammâ refulgens. Nec Ætna ſolùm ſed & alii montes, qvos l. 2. c. 106. Plinius multos refert.*

§. 2. Acqvieſceret dubio procul hac in ſententiâ Turnebus, qvi certum habere ſe non diſſimulat, omnem omninò calorem à cœlo proficiſci ejusqve perennem & jugem fontem eſſe Solem, reliqvis tamen ſtellis in partem confe-

Digitized by Google

rentibus. Et alibi (diſſert. de calor.) *à terra* ... *qüit, contrà ſe promiſſi quoque verſum diff... frigus; ... à cæli culmine calor ſe deorſum ... mittit.*

§. 3. In hac claſſe collocandus etiam Jo... nes de Dondis Philoſophus Patavinus, qui ... in lib. de baln. Patav. c. 4. haud malè ſta... incendia montium contingere, cùm exha... quædam ſicca & ſanioſa, dum exitum ſibi q... rat, collisionis & motus ſui violentiâ ſulfur ... ſi quam aliam inflammabilem ibi materiam ... fendat, facile incendat, in eo tamen er... quòd iſtas exhalationes ab aſtrorum & S... imprimis radiis in terram incidentibus co... penetrantibus & generari putet & conſervari ... catus in eo quidem eſt, quòd igneos iſtos ... ſpiritus à Sole continuò generari: conſerva... què cenſet, ad aliquot milliarium ſpatia ab... dat, ne ſcilicet aut metallicas venas conflet, ... comburat arborum radices.

§. 4. At verò, cui perſvadet hic radios So... aut aſtrorum ad tantum ſpacium in abdita te... ræ receptacula deſcendentes non frangi pen... ac enervari? Quomodo namque Sol in abſtruſ... terræ cavernis tanto ſignium generet exce... de quo Boëthius l. 5. c. 2.

Purò clarum lumine Phœbum
Melliflui canit oris Homerus,
Qui tamen intima viſcera terræ
Non valet aut pelagi radiorum
Infirmà perrumpere luce.

de quo Lucretius l. 6. Quip...

Digitized by Google

...ppe ubi Sol nudum contrectans corpus aqvai
...m quierit calidum ſuperâ de reddere parte,
...î qveat hic ſubter tam craſſi corporis terram
...coqvere humorem & calido ſociare vapori?
...æſertim cum vix poſſit per ſepta domorum
...nuare ſuum radiis ardentibus æſtum.

... 5. Rectè ſanè Thomas Lydiat de orig. font. ...em neminem fugiat, qvantum furentiſſimis ...s Solis æſtibus, non dico murus lapideus duos ... tres pedes, ſed palus ligneus unam aut alteram ...am craſſus, vel opacum frondibus arbuſtum in ... terræ ſuperficie, quantumvis æſtuante deme... valeat, quin imò cum interiora terræ ad octo ſci... vel decem paſſus altitudinis frigidiora vigente ...ate deprehendantur, quàm aliàs, nulla ratione ...tur calor ille, qui ad qvinqvagenos aut cæte...s ...ofunditatis terræ paſſus paſſim plurimus reperi..., radiis Solaribus attribui poſſe. Et paulò poſt: ...d igitur? nimirum qvod ſupra diximus de aquâ ...leſtiâ, eam tantummodo terræ ſuperficiem rigare, ...qvidem vix ultra 10. pedes deſcendit, qvòd autem ...teriora terræ permadeſcant, alterius generis aqva ...ebere; idem videtur dicendum de calore cœleſti, ...ſum extremas terræ partes ſolummodò afficere, ...andoqvidem ad duos paſſus aut præterpropter ... eſt ad 10. pedes terram penetret: quòd autem ...rræ viſcera concaleſcant, alteri cuipiam calori ...ceptum referri, &c. Norunt etiam, ut idem ...ydiat l. c. teſtatur, qvi ſinuoſiſſimas terræ late...ras ſcrutantur, & incerti lucri causâ certiſſima ...ricula ſubeunt metallorum foſſores, calorem So-

Digitized by Google

larem etiam, ardentiſſimis temporibus ultra [illegible]
paſſus terram non penetrare. Neq; multò [illegible]
antra ſua perhibentur fodere Troglodytæ. [illegible]
igitur intent. 11. libr. Meteor, art. 14. cum in[illegible]
ligeret, radiorum Solarium vires eſſe long[illegible]
firmiores, qvàm qvæ terram penetrare po[illegible]
aliam viam excogitavit, qva cœleſtes ſp[illegible]
ſubterraneis cavernis impingeret. Cùm [illegible]
de Ætnæ incendiis aliqvid ſcripſiſſet, hæ[illegible]
jungit: *Ergone hunc ignem ſubterraneum* [illegible]
genam aſſeramus? At cum tantum hujus ig[illegible]
deſinenter aſcendat, in quantum deperit, ta[illegible]
novi accedat, ea tandem ex toto conſumatur [illegible]
fe eſt. Unde ergo reparatur? Prorſus ex alt[illegible]
deat, qvi altum conſcendit, oportet. Verùm [illegible]
bus anfractibus ſinus illos ſubterraneos [illegible]
noſtri Philoſophi non advertunt, qvid nos [illegible]
mus? Solis aſtrorumq; reliqvorum radii rectà [illegible]
ram petentes pauci ſuperficiem ejus penetrant [illegible]
nimam partem à terrâ repercuſsi aërem accen[illegible]
Qvos verò in aqvor jaculantur, maximâ ex p[illegible]
cum immensô illô aqvarum pondere ſucceſſu t[illegible]
poris ſub terram diſperguntur &c. Qvæ multis[illegible]
fellere non eſt opus.

§. 6. Deniqve ſi Sol ignes in montibus [illegible]
cendit, ecqvis calor ſuccenſum dedit famoſi[illegible]
mum Islandiæ montem Heclam, cujus vert[illegible]
perpetuâ nive candere perhibetur? aut qvis [illegible]
lum in Grönlandia Vulcanum, aut cæteros [illegible]
ultimis Arcti plagis? An verò Sol, cujus ca[illegible]

Digitized by Google

...am qvidem ſuperficialis glaciei niviumq;
...agem in montibus iſtis Septentrionalium
...rum perenni frigoris inclementiâ damna-
... diſſolvit, duram montium ſtructuram
...rabit, & incendia ſuſcitabit?
...7. Multò minus cæteris ſtellis tribuendum
...d exiſtimo. Nam ſi probari poſſet, lumen
...orem ſtellarum, cùm earum, qvæ ſine qvie-
...æ ſunt, tùm earum, qvæ ſine errore erra-
...æ, in intimas etiam terræ latebras pene-
..., non difficulter arguere qvis poſſet, ſaltem
...ſcitandis effluviis, qvibus incendia monti-
...debemus, aliqvid præſtare. Qvamdiu ve-
...rius illud probari non poteſt, aut aliud præ-
...umen & calorem excogitatur vehiculum,
... ſtellarum vires in ſublunaria deferantur,
...diu mihi poſterius perſvaderi non ſinam.
...jiciendam itaqve puto Chaldæorum Vete-
...m & Babyloniorum ſententiam, qvi ſicut cæ-
...os naturæ effectus, (qvo de Plinius l. 2. c. 79.)
... & hunc naturæ effectum totum cæleſtibus
...uentiis aſcribebant. Tantum enim abeſt,
...cæleſtes influentiæ utramqve hîc paginam fa-
...nt, ut potiùs aut nihil aut certè parùm confe-
...nt. Qvod, in qvo conſiſtat, me neſcire fate-
... dicat, ſi qvis novit.
§. 8. Non poſſum hîc prætetire Aſtrologos,
qvi ad montium incendia certos Martis in igneô,
præſertim aut etiam aëriô ſignô conſtituti cum
aliqvis Planetis aſpectus maximeqve qvadrã-

Digitized by Google

tos eliciunt. *Mars in anno dominiũ habens, judicium eſt Origani in ephem. p. 3. c. 9. & fortis exiſtens incendia civitatũ & villarum (à qvibus montium incendia non excludenda) ſignificat. & hoc maximè timendũ erit, cũ Luna in revolutione anni aut præventionali figurâ Marti radiô inimicô copulata fuerit. Erit autem effectus maximè in his locis, qvæ ſubjiciuntur ſignis, in qvibus ſignificator Mars deprehenditur. Minatur etiam incendia quadratura vel oppoſito radii Martis & Jovis in ſignis aëreis & igneis.* Et Andreas Argolus: *Mars immodicè calefacit orientalis, ſicut exiccat maximè occidentalis, adurit omnia, ventos movet calidos, peſtiferos &c.* Qvaſi verò ad ſtateram appendiſſent, aut ulnâ emenſi eſſent ſingulorum Planetarum in ſingulis Zodiaci locis vires, ut eas calculis mandent, & ſecundum illas fata rerum texant, cum tamen

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosâ nocte premat Deus

juxta Poëtam l. 3. Carm. od. 29.

§. 9. Qvò verò diſcerniculô cognoverunt, Martem, non Solem, non ſtellam aliam id præſtare? Enimverò prætendunt placita illa poſt diuturnas obſervationes ab Aſtrologis ita conſtituta & novis experimentis confirmata. Sed notum eſt, qvòd qvædam experientia ſecundum Hippocratem aphoriſm. 5. admodum ſit fallax & lubrica, cum multa ſæpe interveniant, qvæ hallucinationem faciunt & paralogiſmos pariunt.

Digitized by Google

unt. Igitur neſcio an experientiam ſatis habeant faventem. Nam eventa prædictionibus eorum ſæpe refragari etiam à nolentibus veritas extorqvet.

§. 10. Reverti poſt intervalla certa certos Planetarũ cùm inter ſe tùm cum fixis poſitus dicunt, & rectè, dicant verò, num etiam montium incendia ſuas ſtatas habeant vices? nullatenus. Sæpe deprehendimus illos Martis in cœlô poſitus, qvos nulla montium incendia ſubſeqvuntur. Et vice verſâ ſæpe montium incendia contingunt, qvum nulli Martis aſpectus obſervantur. Qvæ ratio? Num ad illos effectus excurrendum, qvi longô poſt tempore ſunt ſubſecuti? an ad illos Planetarum poſitus recurrendum, qvi pridem evanuerunt? neutiqvam. Qvis enim credat, ſiderum poſitus eſſe tunc etiam efficaces, cùm mille cœli & ſublunaris mundi variationes interceſſerunt?

§. 11. Neqve tamen omninò rejicio diſcrimen inter finem obtentum & intentum, aut nego, qvod terræ ad incendia diſpoſitio, prout magis vel minùs apta ſit, efficere poſſit, ut ſiderum configurationes nunc magis nunc minus ſint inefficaces. Cur autem iidem aſtrorum poſitus nunc magis nunc minùs terrã ad incendia diſponunt? Aut, ſi nihil eſt illis cum illâ diſpoſitione negotii, qvid ergo conferunt? Cùm enim ſublunares incendiorum cauſæ rectè ſunt diſpoſitæ, qvid tunc demum opus eſt aſtrorum

Digitized by Google

contactum elicere? Tunc enim etiam ſine ſideribus incendia montium contingent. Pertinent huc omninò verba Libavii Commentar. chymic. part. I. lib. 2. de pyrot. c. 1. *aliquando ſuâ vi mare commovetur, & aër, unde cœlô ſæpenumerô tranqvillô & ſerenô omniaqve tuta pollicente ſubeunt tempeſtates, & ſubtexuntur nubeculæ, & venti plures ex voraginibus maris & terrarum præter omne ſiderum meritum proveniunt, Sole etiam totoqve cœlô in iſtis turbis diſſipandis omnes radios viresqve fruſtrà conſumente. Sic Sole flagrante ex terra ſpiraculis frigora rigere nos faciunt, ex Charonteis antris Veſuviiqve, Chimæræ ac Ætnæ incendiis inficiunt aërem peſtes, ſæpeqve malorum contagione & afflatu in longiſſimos immittunt tractus, Phoebo neqvicqvam ſagittas ſuas in hunc Pythonem jaculante.*

§. 12. Itaqve rectè conjicio, potiùs à ſiderum colore, etymologiâ & ſimilibus qvàm experientiâ illorum influxus metiuntur, qvi iſta tradunt. Cur enim Mars, non alius Planeta, montes incendit? Nonne vel qvia Mars à Poëtis fingitur urbium villarumqve incenſor, vel qvia rubei coloris eſt? Nimirum Saturnus illis frigefacit, qvia ſubpallidus eſt, Mars, qvia rubeus eſt, urit. Præclara verò conſeqventia, ſi calx refrigeraret, carbunculus ureret tangentem. Cur autem in igneô ſignô v. g. Leone conſtitutus Mars potiſſimùm id præſtat? Nimirum qvia Leo, animal qvoddam iratum ac igneum eſt, qvaſi

qvaſi verò ſignorum cum rebus iis, à qvibus denominantur, aliqva ſit naturalis connexio, & non potiùs ex merô hominum placitô, ruſticorum imprimis ac nautarum, facta ſit eorum agnominatio ac dimenſio. Lepidè igitur Vir Excellentiſſimus Philippus Müllerus b. m. in diſſertat. de comet. in Aſtrologos oppidò qvadrare dicit, qvod alioqvin de Grammaticis uſurpetur, nunqvam eos magis eſſe ridiculos, qvàm ἐτυμολογοῦντας. Cur verò qvadratos maximè aſpectus reqvirunt, non alios? Scilicet, qvia nos benevolentiam ſignificamus, cùm aliqvid ſextiliter ſeu valdè obliqvè reſpicimus; malevolentiam, dum qvadratè; rurſus amorem, dum triangulariter; iracundiam, dum è diametrô qvod in oſtenſione muſculorum oculos moventium Anatomici demonſtrant, ideo translàtô in Planetas nomine aſpectuum, paſſiones qvoqve, qvas oculis manifeſtamus, ad ſidera tranſtulerunt. Vides qvanti momenti ſint fundamenta, qvibus ſuperſtruunt. Videatur pluribus Gaſſendus in Phyſiolog. Epicur. capit. de præſignificat. ſiderum.

CAP. V.

OPINIO KEPLERI.

Summ.

Keplerus montium ignes excrementa qvædam eſſe terræ putat, qvalia proveniunt ex animalibus.

 Unde

Digitized by Google

Unde probet terram eſſe animal. Quid ſit hac de re ſentiendum.

§. 1.

Iterum aliam ſententiam ſubminiſtrat nobis Keplerus Harmon. l. 4. c. 7. *ut corpus*, inqvit, *noſtrum in cutis ſuperficie pilos: ſic terra plantas arboresqve profert. Et ut in cute pediculos: ſic in terrâ erucæ, cicadæ variaqve inſecta & monſtra marina naſcuntur. Et ſicut corpus noſtrum lacrimas, blennum auriumqve excrementa & gummi & faciei puſtulas: ſic tellus electrum & bitumen, utqve veſica urinam: ſic terra montes flumina fundunt. Et ut corpus excrementum ſulphurei odoris, crepitusqve, qvi etiam inflammari poſſunt: ſic terra ſulphur, ignes ſubterraneos, tonitrua, fulgura &c.* Verum nimirum animal eſſe terram putat, itaqve flammarum eruptiones animæ terreſtri ejusqve facultati expultrici acceptas refert, cujus vi ſupervacanea ejus excrementa foràs projiciantur. Sicut nimirum in animali calor viſcerum naturalis tepidos vapores ac exhalationes creat easqve non tantùm per os & nares aliaqve manifeſta ſpiracula, ſed & per infinitos inſenſiles emittit meatus: non aliter cum terrâ comparatum eſſe cenſet, eamqvè præter ignivomos montium crateres tenuibus ubiqve ſpiraculis eſſe pertuſam, per qvæ ſe calor exerat.

§. 2. Hanc animalitatem terræ prolixè & laborioſè probat. Dicit enim alveos fluminum & ſubterraneos meatus eſſe velut œſophagum

gum & venas, per qvas terra ſuum alimentum imbibat; in terræ ſuperficie tot ſpontanea ſtirpium genera tot inſecta generari. Nec ſolùm nutritivam & generativam facultatem, ſed etiam formatricem competere planè ac fœminæ. Ipſam enim foris occurſantes ſpecies, ut naves, piſces, milites, Monachos, Pontifices intus in ſuis viſceribus exprimere, non ſecus ac gravida mulier conſpectu rei alicujus exterrita fœtum ſuum ſignat. Rectè igitur Virgilium canentem l. 2. Georg.

Tum Pater Omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit &c.

terræ ſinus lætæ conjugis gremio comparare, id eſt, qvid ſibi fiat cum voluptate percipientis motuqve idoneô maritum adjuvantis.

§. 3. Præterea nec viſu terram deſtitui. Radium enim animæ à centrô terræ rectà in cœlum miſſum, & ſtellæ alicui rectà occurrentem à radiô ſtellæ adæquari ac ſic videre. Ad hæc ex triplici terræ revolutione non obſcurè illius animalitatem deduci. Porrò nec reſpirationem magno huic animali deeſſe, æſtus enim marini reciprocationem ſatis prodere ingentium pulmonum follibus illam præditam. Auditum porrò & tactum ineſſe terræ. Nam ſi qvis in montium cacumina eniſus lapillum in profundos hiatus demiſerit, audiri terræ gementis ſonitum. Nec à langvoribus omninò liberum terræ corpus, interdum enim nimiô humore abun-

abundare, interdum concoctionis vitiô laborare, interdum ſulfareos & peſtilentes madores exhalare.

§. 4. Tandem nec rationalitatem terræ negandam aſſerit. Cum enim magnâ conſtantiâ aërem turbari videamus, qvoties Planetæ celebratis Aſtrologorum aſpectibus configurantur, aſpectus verò ſint tantùm entia rationis, neceſſariò rationem aliqvam adeſſe oportere, qvæ aërem in poteſtate habeat, illamqve ſiderum aſpectibus admonitam aërem turbare.

§. 5. Verùm enimverò qvi hæc altiùs examinaverit, magnam adhuc certè inter animal & terram diſſimilitudinem deprehendet, qvam fuſiùs exponit Fromondus de anim. l. 2. artic. 7. Et videtur certè Keplerus magis ingenii qvendam oſtentare luſum voluiſſe, qvàm qvòd ita revera ſenſerit, itaqve nihil addo præterea, qvàm verba Gaſſendi, qvæ extant in animadverſion. ad X. librum Diog. Laert. ſeu de Phyſiolog. Epicuri in capit. de calore ſubterraneo: res eſt analogica & deeſſe videtur intra terram ſaltem motus, qvi interiori motui cordis arteriarumq; reſpondeat, & ſine qvo nec creari calor in animali nec conſervari poteſt. Nam ejusmodi qvid fingere, aut ad neſcio qvem ignem centralem confugere, qvi vel ſit absqve pabulô, vel ſeſe qvaſi perpetuâ qvadam circulatione devoret, & vel absqve fumô ſit, vel eructatione non indigeat non poteſt aſſeri.

CAP.

CAP. VI.

OPINIONES ALIORUM.

Summarium:

Opinio Ariſtotelis, Fallopii, Galeſii, Milichii, Regii, Conimbricenſium, Job. Pauli, Agricolæ, Jonſtonii, Alberti Magni, Gaſſendi, Linſchotti, Keckermanni, Pontani. Quid in horum opinionibus deſiderari poßit. Fazelli de cauſis incendiorum montium diſcurſus. Ejusdem error.

§. I.

Reliqvi propiùs ad veritatem accedunt. Et Ariſtoteles qvidem l. 2. de Meteor. c. 8. cauſam ſubterraneorum ignium eſſe dicit Spiritus colliſi incenſionem πρώτως εἰς μικρὰ κερματισθέντος τοῦ ἀέρος, hoc eſt, aëre primùm in exigua fruſta diſſectô. Senſus verborum hic eſt, qvòd impatiens cuſtodiæ Spiritus exitumq; qværens hinc inde torqveatur, ipſoqve motu rarefactus tandem accendatur.

§. 2. Et ita ſentit etiam Fallopius de therm. c. 6. *exhalatio*, inqvit, *ſicca & calida in terra cavitatibus concluſa, ubi qværens exitum & non inveniens agitatur atteriturq;, attrita rareſcit, rarefacta accenditur. Vapor autem incenſus ſi fuerit plurimus, excitabit terræmotum, & tandem inventô exitu erit cauſa, ut evomantur flammæ, vel cineres vel ejusmodi.*

§. 3.

Digitized by Google

§. 3. Idqve juxta Galeſium accidit maximè, cùm exhalatio per loca ſulfure, bitumine nitroq; referta fertur. Sic enim ejus verba ſonant ſect. 4. de terræ motu c. 1. *flamma verò, cùm terra ſævô cietur motu, apparere ſæpius viſæ ſunt, qvoniam exhalatio, qvæ potentiâ qvodammodo ignis eſt, acerrimè huc atq; illuc curſitans ſuô prorſus calefacta motu igneſcit. Freqventer autem hujusmodi contingit effectus ac diuturnior, qvoties per loca nitrô, ſulfure ac bitumine referta iter facit exhalatio, qvod Puteolis contigiſſe vel ex Patrum noſtrorum narratione cognovimus.* Cui conſentit Milichius in librum II. Plin. c. 106. qvi materialem incendiorum cauſam agnoſcit eſſe terram pingvem, ſulphuream, nitroſam, aluminoſam, ac imprimis bituminoſam, efficientem verò cauſam eſſe ſpiritum ignitum. Atqve hinc fit, ut ſulphur & ſimiles materiæ è locis ignivomis ejiciantur. Qvò pertinent verba Henrici Regii fundament. Phyſ. c. 6. *à fumis pingvibus & ſpiritibus fiunt terræmotus, vi terræmotus ex profundis cavernis ſulphur, bitumen aliæq; materiæ uſtiles ad ſuperiorem terræ ſuperficiem per vices attolluntur. Atq; hinc incendia fiunt qvorundam montium.*

§. 4. Conimbricenſes de meteor. tract. XII. c. 2. duos afferunt modos, qvibus exhalatio ſub terræ cavernis accendi poſſit, & priori ſuperaddunt expreſſionem per antiperiſtaſin circumſtantis frigoris. *Inflammantur*, ajunt, *ignes ſubter-*

Digitized by Google

ſubterraneî ab exhalatione ſpirituve cavernis incluſo, dum nimirum vel in locorum anguſtiam per antiperiſtaſin frigoris compellitur, vel certè dum huc illuc exitum qværit ipſô attritu & conflictatione accenditur. Eſt autem, addunt, *in illis ignibus diverſitas. Nam qvidam intra ſpecus latent, nec ſe produnt, ſed terræ viſcera occultè exedunt, alii foràs erumpunt.*

§. 5. Cum his facit Johannes Paulus Pechtim. Patavin. l. 3. c. 8. *ignem ſubterraneum accendit ventus qvidam accenſus. Qvi qvidem dupliciter accendi poteſt, vel à frigiditate, qvando frigiditas ipſum exprimit ac rejicit: aut qvando in arctis locis concluſus, donec torqvendo ſe exitum qværat, inflammatur.* In eundem ferè ſenſum Agricola de cauſis & ortu ſubterran. l. 2. c. 20. *ignem intra terram accendit ſpiritus ignitus. Is verò igneſcit, dum ipſum vel frigus exprimit, tanqvam nubes fulgura elidunt, vel in locorum anguſtias compellit, per qvas ſe torqvens exitumq; qværens ipſo conflictu & attritu exardeſcit & inflammatur. Ubi verò illi accurrit materia, qvæ facilè accenditur & paſcit ignem; ibi tum creſcit flamma & terra conflagrat. Spiritus ergo expreſſi vel colliſi incenſio cauſa ignis tam reconditi, qvi thermas calefacit, qvàm manifeſti incendii, qvo non pauci montes ardeſcunt.* Verbotenus Agricolam ſeqvitur Johnſtonius in thaumatogr. natur. claſſ. 2 art. 4.

§. 6. Simile à nubibus deſumtum, qvo ſuam Agricola ſententiam illuſtrat, adhibet etiam Al-

Digitized by Google

bertus M. l. 3. Meteor. tract. 2. c. 3. cum ait, vaporem in ſe repulſum ſub terrâ inflammari, ſicut in nube, & tunc erumpere cum impetu lapides, cineres aliaqve corpora, nec raro qvantitatem ſulphuris ſecum educere.

§. 7. Neqve Gaſſendus in Phyſiolog. Epicur. clariorem invenire rationem poteſt, qvâ ſubterraneorum incendiorum ortum declaret. Aſſerit igitur halitus ſulfureos & bituminoſos ex intermiſti nitri diductione diffiationeqve ignem in ſubterraneis cryptis perinde concipere ac conſimiles halitus intra nubem fulmineam flammam concipiant, flammam autem in ipsô inflammationis niſu clauſtrum effringere, qvâ debilius, ſupernè videlicet, ac libertate aëris obtentâ inflammationem illic prolatare, eamqve tamdiu ſeu continenter ſeu interruptis vicibus durare, qvamdiu pingvis materia ſubſit, qvæ flammæ fieri pabulum poſſit.

§. 8. Aliô ſimili rem hanc illuſtrat Lindſchottus in hiſtoriâ Indiæ Occidentalis, qvod ab origine fontium ex collectis in terrâ vaporibus orientium deſumit. Sed audiamus ejus verba: Gleichwie in der Erden Oerter ſind / welche die feuchten Dinge an ſich ziehen / und in Waſſer verwandeln / daraus Brunnen werden / ſo allwege flieſſen: alſo haben auch etliche Oerter Eigenſchafften / daß ſie heiſſe und trockene Dämpffe an ſich ziehen / und ſolche in Feuer verwandeln / welches Aſchen und andere dergleichen Dinge

aus-

auswirfft. Daß dem alſo ſey/ iſt daher abzunehmen/ dieweil es nicht allzeit/ſondern nur bißweilen rauchet. Und gleichwie die Brunnen im Winter viel/im Sommer wenig Waſſer geben: Alſo werffen die Vulcanen bißweilen viel bißweilen wenig Feuer aus.

§. 9. Adjungimus his Keckermannum & Pontanum, cum & ipsi ſpiritui accenſo montium incendia tribuant. Sic enim Keckermannus l. 2. ſyſtematis phyſ. c. 12. *unde dicat aliqvis, tanta ſub terrâ flamma? Reſpondetur, ex pingvium halituum motu atq; agitatione incenſorum copiâ ac varietate. Eſt enim in terræ cavernis plurimum materia unctuoſæ, nitroſæ, ſulphureæ, bituminoſæ, qvæ facillimè incendi & diutiſſimè ardere poſſunt.* Videatur idem in contemplatione de terræ motu §. 55. & 56. Pontanus autem ſic l. 2. meteorologiæ poeticè philoſophatur:

Hinc ille & motu facilis & viribus acer
Spiritus atqve imas habilis penetrare cavernas,
Et rurſum violentus atroxqve erumpere clauſtris
Incluſus fremit, & multum vacua atria verſat.
Idem etiam in flammas abit, & furit igneus atros
Intorqvens lapides tormentô excluſus ab imô,
Et glomerata ferens raptim veſtigia anhelus
Spiritus incurſat nunc huc, nunc percitus illuc,
Exploratqve aditum inſiſtens, & ſingula tentat,
Si qvà fortè qveat victis erumpere clauſtris.
Interea tremit ingentem factura ruinam
Terra &c
Præterea ſæpè occultis fornacibus ignis
Æſtuat, involvitqve globos, ſi qva potis extra

Digitized by Google

Rumpere & impoſitô luctans ſub pondere ſævit
Improbus attollitq; elatô vertice colles.
At poſtqvam ſuperas victor pervaſit ad oras
Spiritus immiſtus fumo ac caligine densâ
Pulveream ſpargit tremefacta per oppida nubem,
Immundum & cinerem jactat vicina per arva &c.

§. 10. Hæc omnia, tametſi rectè ſe habeant, illud tamen manet adhuc dubium, unde ſpiritus illi vel exhalationes igneſcentes ortum ſuum habeant, & qva ratione, cùm jam in flammam evaſerunt, per tàm longa temporis ſpatia conſervari poſſint.

§. 11. Utrumqve defectum ſupplere videtur Fazellus rerum Sicularum dec. 1. l. 2. c. 4. cujus talis eſt hâc ſuper re diſcurſus: *Sol in terram actus* humidum fumum inducit. Hæc exhalatio, ſi in terram ſulfuream ac bituminoſam inciderit, mox excitat incendia eaqve magnâ vi propellens hiatum aperit extraqve eructat. Cùmqve aqva maris telluris foramina meatusqve & ſuô frigore & fluctibus obſtruat ac occludat, evenit hac ratione, ut hæc exhalatio qvàm facillimè juxta mare exhaletur. Jam verò cùm tellus omnis foraminibus qvibusdam ſit diſtincta, ea certè, qvæ mari vicina eſt marisqve fluctibus alluitur, majores habet fiſtulas meatusqve ampliores ob id, qvod mare ſuo fluxu eam exedit conſumitqve. Quod ſi telluris partem debiliorem mare nanciſcitur, multò facillimè eã erodit pergensqve in ejus viſcera exhalationes creat, qvæ

ſi

ſi in ſulphuris venas incidunt & bituminis, non difficulter incendia excitant.

Nam & in ſulphure ac bitumine ignis concipiendi vis ineſt & venti furentes ſuâ vi aliena qvoqve ſuccendunt. Igitur Ætna cavernoſa, cum mari vicina ſit, exhalationes facilè gignit, & ventos recipit, qvorum vi materia ſuccenditur. Qvæ cùm copioſa ſit ſemperqve ſuo calore humectantibus tellurem undis recenti ſulphure ac bitume renatô novetur, perpetuas flammas fieri non eſt mirandum. Qvarum deinde incluſarum ventorumqve ſimul agitantium vis incredibilis non tantùm ſulfur & viſcera montis imbecilla, ſed molares etiam lapides fortioresqve nervos comburit & liqvefacit. Cæterùm cùm principio craterũ ora vel anguſta vel clauſa ſint molesqve ingentes à montis viſceribus avulſæ ac combuſtæ cautibus illidantur remugientibus ſcopulis, Ætna non ante flammarum globos emittit, qvàm interni ſtrepitus antecedant. Poſtmodo verò patefactis hiatibus fluenta ignea etiam absqve præmiſsô ſtrepitu prodeunt, & pro qvalitate ventorum modo pura, modò craſſa, qvandoqve pingvia vel exilia, prout intra montis viſcera ſunt, excrementa emittuntur. Cineres deniqve ventus propellit. Hæc Facellus.

§. 12. Hallucinatur autem Fazellus in eo, qvòd Solem exhalationum Ætnæos ignes accendentium parentem facit. Qvæ ſententia jam ſuperiùs eſt rejecta.

Digitized by Google

CAP. VII.

ITERUM ALIORUM OPINIONES.

Summ.

Opinio Diodori Siculi, Strabonis, Kyperi, Vitruvii, Cardani, Cæſalpini, Vareni, Meureri, Garzæi, Sennerti, Pfleumeri. Quid de his ſentiendum.

§. I.

DIodorus autem Siculus l. 5. rer. antiqvar. c. 2. nullam aliam rationem affert incendiorum in Ætnâ & inſulis Æoliis, qvàm ſubterraneos meatus. Et pari ratione Strabo l. 5. *veriſimiliora ſunt*, inqvit, *quæ Pindarus dixit ex iis, quæ cernuntur, commotus, qvòd omnis ille, tractus ſi à Cumis incipias usqve in Siciliam ignibus eſt refertus & profundas qvasdam habet coeuntes in unum cavernas.* Alibi tamen, nempe l. 6. ventis etiam in hôc negotiô multum tribuit. Obſervatum qvippe ſcribit, expirationes flammarum cùm in Ætnâ tùm in Æoliis à ventis exaſperari, iisqve ceſſantibus ceſſare.

§. 2. Et certè ventis etiam Kyperus inſtit. Phys. tom. 2. l. XI. c. 5. præcipuas partes defert. Illius enim judiciô, *terræmotus eſt effectus ventorum concluſorum terram obſiſtentem commoventium, & ſequitur qvandoqve ejus ruptio, unde tam varii flatus in aërem erumpunt & cineres flammaqve excutiuntur.*

§. 3.

§. 3. Sunt alii contrà, qvi non aliunde qvàm ſulfure vel ſimili materiâ montium incendia proficiſci putant. In his eſt Vitruvius, qvi per lumen aut bitumen aut ſulfur ignes ſub terrâ excitari ſcribit l. 8. c. 3. Architect. Conferatur etiam l. 2. c. 6. Et qvid aliud ſibi vult Cardanus, qvi in l. 2. ſubtilitatum ait loca ſulfure ac bitumine abundentia v.g. Ætnam ſponte ardere, fieriqve hos ignes plerumqve juxta mare, qvòd bitumen & ſulfur à marinis ſordibus fomentum accipiant. Alibi tamen ventos etiam & frigoris antiperiſtaſin accerſit. *Ubi flamma erumpit*, inqvit, *non niſi per intervalla id contingit. Contingit autem, ut obſervatum eſt, hoc ob ventos. Nam cum venti ſæviunt juxta loca, è qvibus flamma erumpere ſolet, tunc poſtridie aut perendie expectanda eſt. Hoc autem fit calore intimô, velut in calce, ab externô frigore intus coactô. Inde accensô ſulfure bitumineve velut à follibus flamma augetur.*

§. 4. Sed redeamus ad eos, qvi ſulfur & bitumen aut ſimilem combuſtibilem materiam in montium incendiis utramqve paginam, qvod ajunt, facere putant. Cui ſententiæ favet etiam Cæſalpinus, qvi l. 1. de metallis c. 28. everſiones & incendia ſubterranea à ſulfure potisſimùm fieri ſtatuit. Et Varenus in Geographiâ generali, poſtqvam ignivomorum montium qvalemcunqve Catalogum contexuit, hoc judicium ſubnectit: *cauſa ardentium montium eſt ſulfurea*

Digitized by Google

& bituminoſa ſubſtantia, qva in talibus monti[bus] continetur.

§. 5. In eâdem ſententiâ acqvieſcunt Meu[re]rus & Garzæus. Ita namqve Meurerus in qv[æ]ſtionibus Meteorologicis: *non rarò erumpit ig[nis] luculentus, propterea qvòd materia pingves ſ[ul]phuris ſandaraca aut bituminis mixta cum illis [a]cendantur, tum vel ſemel accenſa perpetuô ſpi[ri]tus afflatu flagrent.* Garzæus autem c. 4, meteor: *Cauſa flammarum erumpentium ſum[en]da ex locis ſulfureis &c.* Nec abludit Sennertus l. c. 3. inſtit. Phyſ. qvi montium incendia ſulf[uri] potiſſimùm & bitumini deberi ſcribit. In e[â]dem ſententiâ eſt Joh. Henricus à Pfleumern *in Mercuriô Italicô* aſſerens terræ circumqvaq; vi-ſcera inanibus ſpatiis patere, alereqve ſulfuris, bituminis & aluminis cõpiam, qvæ levi mo-mentô incendatur diutiſſimeqve flagret.

§. 6. Verùm enim vero utut & ſubterraneos meatus & ventos & materiam incendiis idone-am plurimùm in hoc negotiô valere non ſit ne-gandum, nihil tamen vel ab hac vel ab illis vel ab iſtis ſeorſim & absqve mutuô cauſarum o-mnium concurſu & auxilio poteſt effici.

CAP. VIII.

ADHUC ALIÆ OPINIONES.

Summ.

Opinio Juſtini, Lucretii, Cornelii Severi, Ovidii

Clau:

Digitized by Google

Claudiani, Autoris de proprietatibus elementorum, Senecæ, Apollonii apud Philoſtratum, Iſidori, Servii, Münſteri, Aretii, Bembi, Ludovici Vivetis, Majoli, Baccii, Philothei, Langii, Pighii, Schotti, Barclaji, Saavedræ. Judicium de horum ſententiis. Num ex colliſione ſaxorum intra montes per mare & ventos incendia ſuſcitari poſſint. Opitii ſententia.

§. I.

QVod cum alii perpenderent; omnia iſta conjunxerunt, aliqvi mare etiam addiderunt. Neqve tamen omnes eâdem ſe ratione implicant. Sed audiamus ipſorum verba. *In his agmen ducat* Juſtinus l. 4. c. 1. eſt autem ipſa terra (Siciliæ nimirum, in qva Ætna) tenuis ac fragilis, & cavernis qvibusdam fiſtulisqve ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus pateat; nec non & ignibus generandis nutriendisqve ſoli ipſius naturalis materia; qvippe intrinſecus ſtratum ſulfure & bitumine traditur. Qvæ res facit, ut ſpiritu cum igne inter interiora luctante freqventer & compluribus locis nunc flammam, nunc vaporem, nunc fumum eructet. Inde deniqve Ætnæ montis per tot ſecula durat incendium. Et ubi acrior per ſpiramenta cavernarum ventus incubuit, harenarum moles egeruntur. *Et paulo pôſt*: neqve enim in tam anguſtis terminis aliter durare tot ſeculis tantus ignis potuiſſet, niſi humoris nutrimentis aleretur. *Et iterum*: aqvarum ille concurſus ra-

Digitized by Google

ptum ſecum ſpiritum in imum fundum trahit atqve ibi ſuffocatum tamdiu tenet, donec per ſpiramenta terræ diffuſos nutrimenta ignis accendat.

§. 2. Easdem cauſas agnoſcit Lucretius, qui l. 6. ſic eas metricè expreſſit:

— — primùm totius ſubcava montis
Eſt natura ferè ſilicum ſuffulta cavernis.
Omnibus eſt porrò in ſpeluncis ventus & aër;
Ventus enim fit, ubi eſt agitando percitus aër.
Hic ubi percaluit, calefecitqve omnia circa,
Saxa furens, qva contingit, terramq; & ab illis
Excuſſit calidum flammis velocibus ignem,
Tollit ſe ac rectis ita faucibus ejicit altè.
Funditùs ardorem, longe lateqve favillam
Differt, & craſsâ volvit caligine fumum,
Extruditqve ſimul mirandô pondere ſaxa.
Ne dubita, qvin hæc animai turbida ſit vis.
Præterea magnâ ex parte mare montis ad ejus
Radices frangit fluctus, æſtumqve reſorbet.
Ex hoc usqve mari ſpeluncæ montis ad altas
Perveniunt ſubter fauces, huc ire fatendum eſt.
Atqve efflare foràs, ideoqvè extollere flammas
Saxaq; ſubjectare & arenæ tollere nimbos.

§. 3. Imprimis autem prolixus eſt in Ætnæorum ignium cauſis explicandis Cornelius Severus, aut qvisqvis eſt Autor carminis de Ætna, qvi poſtqvam de terræ cavernis ac ingredientibus eas ventis igniumqve materiâ copioſè diſſeruit, in hoc tandem diſtichon ſententiam ſuam contrahit:

Terra foraminibus vires trahit, urget in arctum
Spiritus, incendî cui vis per maxima ſaxa.

§. 4.

§. 4. Duobus his poëtis duos alios adjicio vidium & Claudianum, qvorum ille l. 15. etamorphoſeos Pythagoram ita de Ætnâ diſſerentem introducit:

Nec, qvæ ſulfureis ardet fornacibus Ætna,
Ignea ſemper erit, nec enim fuit ignea ſemper.
Nam ſive eſt animal tellus & vivit, habetq;
Spiramenta locis flammam exhalantia multis;
Spirandi mutare vias, qvotiesq; movetur,
Has finire poteſt, illas aperire cavernas:
Sive leves imis venti cohibentur in antris,
Saxaq; cum ſaxis & habentem ſemina flammæ
Materiam jactant, ea concipit ictibus ignem,
Antra relinqventur ſedatis frigida ventis;
Sive bituminea rapiunt incendia vires,
Luteaq; exiguis ardeſcunt ſulfura flammi;
Nempe ut terra cibos alimentaq; pingvia flammæ
Non dabit abſumtis per longum viribus ævum,
Naturæq; ſuum nutrimen deerit edaci,
Non feret illa famem deſertaq; deſeret ignes.

Triplicem nempe cauſam adduxit Ætnæorum ignium, calorem terræ animalem, ventos ex colliſione ſaxorum ignem ſuſcitantes, & materiam incendiis idoneam, qvarum prima ſuperius eſt rejecta. c. 5. de ſecundâ paulò inferius dicetur. De tertiâ cap. præced. actum.

§. 5. Claudianus autem, poſtqvam Enceladum evomere ex Ætnâ ignes fecerat l. 1. de R. P. ſubitò ex Poetâ Philoſophum induit, & poſtqvam interrogavit:

Qvæ ſcopulos tormenta rotant? qvæ tanta cavernas
Vis glomerat? qvo fonte ruit Vulcanius amnis?

Ipſe ſic reſpondet:

Digitized by Google

Sive qvod objicibus diſcurrens ventus opertis
Offenſò per ſaxa furit rimoſa meatu,
Dum ſcrutatur iter, libertatemqve repoſcens
Putria multivagis populatur flatibus antra:
Seu mare ſulfurei ductum per viſcera montis,
Oppreſſis igneſcit aqvis & pondera librat.

§. 6. Poſterior ejus ſententia coincidit fe cum illâ, qvam Autor libri de proprietatib elementorum, vel ut alii habent, de cauſis pro prietatum elementorum perperam Ariſtoteli aſcripti c. 3. proponit his verbis: *Similiter dicimus de Vulcanô, qvi eſt in terrâ Siciliæ intra ma Semmi, qvòd illa concavitates & ruinæ, in qvib ſunt ignes, non ſunt niſi ex ſulphure in ventre illi montis. Cùm ergo flat ventus & movetur unda illo modô coarctat unda illum montem & calefit propter illud ſulphur, & accenditur in eo ignis & egrediuntur ex eo fumi & lapides combuſti.*

§. 7. Neqve minùs Seneca natural. qvæſt. l. 5. c. 14. venti per ſulfureas venas impulſum ſubterraneorum incendiorum cauſam facit: *illud manifeſtum eſt, magnam eſſe ſub terris vim ſulfuris & aliorum non minùs ignem alentium. Per hæc loca, cùm ſe exitum qværens ſpiritus torſit, accendat flammam ipsô obſtrictu neceſſe eſt. Deinde flammis latiùs fuſis etiam ſi qvid ignavi aëris erat, extenuatum moveri & viam cum fremitu vaſtô atq; impetu qværere.*

§. 8. At Apollonius apud Philoſtratum in ejus vitâ l. 6. poſt rejectas Poëtarum de Typho-

ne

& Vulcanô fabulas ita diſſerit : *terra ſulfuri tuminiq; commixta ardet quidem, atq; ex ipsâ nis naſcitur, quamvis alicubi forſan non emittatur. Quod ſi cavernoſam eſſe terram contigerit, per ipſam ſpiritus aliquis ingrediatur, tunc flammam attulit. Quæ magis magisq; aucta velut è ntibus defluens in campos effunditur, quandoq; iam usq; ad mare delata, quaſi fluminis cujusm oſtia facit.*

§. 9. Iſidorus l. 13. orig. c. 8. & Servius in 3. Æneidos Ætnæorum ignium cauſam iisdem pœne verbis exprimunt : *ſunt terræ deſudantes ſulphur, ut pœne totus tractus Campaniæ, ubi ſunt montes Veſuvius & Gaurus, quod indicat odor aquarum calentium. Item novimus ex aqua motu ventum creari, eſſe etiam concavas terras. Ætnam verò conſtat ab eâ parte, quâ Eurus vel Africus flat, habere ſpeluncas & plenas ſulphure & in mare deductas. Hæ ſpeluncæ recipientes in ſe fluctus ventum creant, qui agitatus ignem gignit ex ſulfure, unde eſt, quod videtur, incendium. Idq; verum eſſe comprobat hac ratio, quia aliis ventis flantibus nihil ex ſe emittit, & pro modo flatuum Euri vel Africi interdum fumos interdum favillas, nonnunquam vomit incendia.*

§. 10. Haud multò aliter Münſterus l. 2. Coſmogr. *Ætna mons cùm ſit materiâ plenus ſulfureâ, quæ humidis generatur nutrimentis intra fiſtulas cavernasq; ventorum incluſô impetu, & Euri potiſſimùm Subſolani Boreaq;, quibus plus quàm cæte-*

Digitized by Google

cæteris patet; accenſos ignes exeſis è crateri[bus] eructat. Et iterum: *Eſt hæc inſula in inferio[ri]bus ſui partibus tota cavernoſa, & plena ſulfur[e,] igne, aqvâ, aliisq; ſimilibus rebus, qvæ ignem fove[nt.] Ignis autem neqvit eſſe ſine reſpiraculô, ſed ubi ſeſe exerit. Sic & in Siciliâ multa calidiſſima i[n]veniuntur therma. Ingreſſus præterea aër excit[at] flammam, qvæ exitum petens ignem & fumum [e]vomit, multisqve in locis ſuos qværit caminos, p[er] qvos reſpiret.* Münſterum verbotenus ſeqvit[ur] Aretius in chorograph. Siciliæ.

§. 11. Cui non abſentit Bembus Cardinal. i[n] dialog. de Ætnâ: *tellus omnis, ſicut noſtra corp[o]ra foraminibus & canalibus eſt diſtincta & caver[]nis internotata. Sed nusqvam majores fiſtul[æ] aut meatus ampliores, qvàm in iis locis qvæ vel ma[]ri vicina ſunt, vel alluuntur à mari, qvod facillimè terras penetrat, pergitq; in viſcera, qvantum poteſt. Sic etiam ventis viam facit. Qvod ſi in ſulphureas venas ventus inciderit, non difficulter excitantur incendia.*

§. 12. Ludovicus Vives ad l. 21. Aug. de Civit. Dei c. 4. ſic annotat: *plurimorum ſententia eſt, eſſe venas ſulphureas ſubterraneas, qvæ cum latis cavernis ſpiritum admiſere, ex concuſſione illâ ignis generatur, ſulfure fomenta ſuppeditante. Sic Ætna, ſic Veſuvius, ſic Gaurus Campaniæ ardet, qvæ maximè regio ſulfur deſudat.* Brevius iſta complectitur Majolus colloqv. 16. cum inqvit: *vento-*

Digitized by Google

...vis multa per Ætna viſcera permeantium ...em excitat in ſulfurea & bituminoſâ materiâ.

§. 13. Nec alias cauſas agnoſcit Baccius de ...rmis l. 4. c. 5. Poſtqvam enim ibi incendi... nihil aliud eſſe dixerat, qvàm immenſum ...ium exceſſum à communi barathrô terreſtri... ignium combuſtibilem materiam perſecu...m vel diſruptis per impetum caminis flammas ...culantem, tria eſſe ſubnectit, à qvibus incen...a montium originem ſuam trahant, materi...m, locum, & flatum. *Ac ſine ventorum flati...*, inqvit, *non videntur poſſe fieri incendia; quod ...dicant cùm præcedentia qvædam incendii ſigna, ...m effectus ipſi, qvi ſolent conſeqvi. Nam primo ſubterranei mugitus multis diebus anticipant, mox terræmotus fiunt, proximè diruptis hiatibus fumus incipit, deinde craſſæ mittuntur caligines, poſtremò flammæ ac cinerum globi horrendis modis ja...ctantur ad æthera. Ad has tres cauſas ignis*, per...git Baccius, *concurrit evidenter mare. Mare enim ſuô perpetuô alliſu aperit vias, præbet unctuo...ſas ſui partes in propagationem materiæ, & com...pingit in cavernas flatus, qvi excitent in propinqvô & benè diſpoſitô fomite flammas.*

§. 14. Hoc ipſum eſt, qvod Philotheus inſi...nuat in topographiâ Ætnæ: *mare in terræ viſce...ra pergens aditum ventis parat. Qvi ſi in venas ſulfureas & bituminoſas inciderint, ſpirituum col...luctatione intus factâ non difficulter incendia ex...*

citan-

citantur. Spiritibus ergò cum igne colluctan-bus ſciſſa tellus fumum ac vaporem evomit.

§. 15. In eandem ſententiam differit eti- Langius in Coſmuſiſtaſiâ Ariſtotelicâ ſeu Co- mentario in librum Ariſtotelis de mundô : *in- cendiorum Ætnæ cauſa eſt ventus, qvi in caver- montium Siciliæ ſulfure & bitumine ſtratis occ- ſus, dum reciprocô ſpiramine eluctari laborat, te- ram ſulfuris tremulô flatu concutit & incend- qvæ incendia aqva æqvoris alluvione latebras mo- tium excavatus penetrans humore nutrit & bit- mine conſervat per ævum. In penitioribus ve- montium latebris obduratus ignis auctus & vent- intercutaneis impulſus igneos eructat globos, qv- bus civitates, agros & inſulas adurit, atrâq; fu- gine Solis ſplendorem abſcondit.* Non reced- ab hac ſententiâ Pighius, qvem Andr. Schott- in Itinerariô Italiæ, & alii ſeqvuntur. Scribu- enim, terrarum orbem non ubiqve ſolidum ſed anfractibus multis cavernoſum eſſe. Porr- per fiſtuloſos meatus terram æqvôris circumfl- vim multam abſorbere, & ſpiritus vehemente- aqvarum concurſum motumqve concitare i- imis ejus viſceribus ſtrictisqve latebris, ibide- colliſos inter ſaxa ventos effervefcere, & igne- incendere maximos exitum qværentes.

§. 16. Barclajus qvoqve l. 2. Argenidis Æt- nam cum deſcribit, ſimul etiam incendiorum rationes non abſimiles inſinuat. Sic enim ejus habent verba: *Ætna altiſſimus Siciliæ mons eſt,*

qvi

*natìvô ſulſure receptiuq; in viſcera ventû ex-
uns impatientes cuſtodia flammas per biantis
ius cacuminis attollit.*

§. 17. Didaci Saavedræ in ſymbol. 93. ideæ
cipis Chriſtiano-Politici hæc ſunt: *abdidit
is ille* (Veſuvius) *ſub viridi ſuô palliô æſtum &
tatem interiorum ſuorum viſcerum, & mare
il ſuſpicatum mali fœdus cum eo iniit, eumqve
xit undarum ſuarum brachiis nullâ habitâ ra-
e illius, qva inter ambas iſtas naturas interce-
contrarietatis. Verùm doloſus ille mons ſi-
tum ſuam intentionem preſſit in pectore; donec
iu indicia qvædam proderet eorum, qva intus
oliretur. Crevit inter utrumqve communi-
per ſecretas qvasdam & occultas vias, nec ca-
e potuit vicinum mare, fictum illum amicum
n niſi munimenta adverſus ſe erigere, & ſubter-
eos cum diverſis metallis ſulphureis inſtruere
iculos, donec iis jam perfectis ignem ad-
meret.*

§. 18. Omnes ergo ferè, qvos in hoc capite
cenſui Scriptores, eò collineant, qvòd ventus
ſubterraneas & ſtratas ſulſure vel bitumine
luncas unà cum maris fluctibus impactus,
tnæ & conſeqventer aliorum etiam ignivo-
orum montium incendia cauſetur. Uti verò
gari non poteſt, qvod ſubterranei meatus in-
dia montium diſponant, ſulfur ac bitumen
at, venti prolatent, mare conſervet: ita ta-
en haud poteſt aſſeri, qvòd ab iſtis cauſis mon-
tium

Digitized by Google

tium incendia gignantur, & primos ſuos ort
habeant, ut taceam non omnes ardentes mon
tes à marinis undis allui vel cingi.

§. 19. Unde etiam non eſt, qvòd qvis cu
Philotheo de Homodeis in topographiâ Ætn
ſuprà laudatâ opinetur, mare vaſtô ventoru
turbine commotum intra telluris cavernas c
tibus cum alia materiâ colliſis ignem ſuo
conflictu elicere, ut ex ſilice & chalybe conſt
Nam uti jam dictum eſt, mare non omnium a
dentium montium viſcera ſubingreditur. De
de, tametſi certum utiqve ſit, è ſilicibus cu
chalybe colliſis abſtruſa qvædam ignis ſemi
prodire & adepta fomitem in flammas abire;
tametſi qvoqve lapides etiam intra terram à
maris impetu collidi poſſint: dubio tamen pro-
cul futurum eſſet, ut excuſſæ ſcintillæ ab aqvi
iterum extingverentur.

§. 20. Tutius eſſet, colliſionem illam lapidum
ventis acceptam ferre, qvò pertinent Ovidii
verba paulò ſuperiùs adducta. Qvem *imitatu*
videtur Opitius in Veſuviô ſuô his verſibus!

— — wo nun die Lufft ſich regt
Und ſucht die Hölen aus / und Stein zu Ste
ne ſchlägt /
Dabey des Schweffels Krafft und Zund
ſich befinden /
So geht das Feuer an / wie etwa von de
Winden /
Wenn ihr ergrimmter Sturm den Wald zu
ſammen treibt /

Ein

Digitized by Google

Ein Wurm so offt und viel des andern Leib reibt/
Daß durch Erhitzung sich der lichte Loh empört/ ꝛc.

t dici etiam poſſet, qvemadmodum ex nitrô, umine, ſulfure, calce vivâ & ſimilibus materiis es arte miſturæ confici poſſunt, qvas modica erſio humidi vel exiguum ſputum inflam- t: ita qvoqve tales intra terram commiſtio- accidere poſſe, qvas adveniens aqva levi ne- tiô ſuccendat. Sed jam in alienis ſententiis cenſendis occupati ſumus, non in explicandis ſtris.

CAP. IX.

OPINIO CARTESII.

Summ.

Carteſii opinio de terræmotu & montium incendi- is. Cur è montibus maximè ignis prorumpat. Cur aliqvi montes freqventer ardeant. Iisdem modis ignes ſub terrâ generari poſſe, qvibus ſu- pra terram. Qvæ ſit ratio generandi ignis juxta Carteſium. Hypotheſes Phyſicæ Carteſianæ. Qvid de illis ſentiendum.

§. I.

DEvenio ad celebrem illum Phyſicorum prin- cipiorum Novatorem, Renatum des Car- tes, cujus parte 4. princip. n. 77. talis eſt hâc ſu- per re diſcurſus: *Exhalationum particulæ te-*

 nuiſſi-

Digitized by Google

tuiſſimae, cum celeriùs agitantur, quàm ut in oleum verti poſſint, ſi fortè in rimas & cavitat terra magnâ copiâ effluunt, pingves ibi & craſ fumos componunt, non abſimiles iis, qvi ex cand recèns extinctâ egrediuntur, ac deinde, ſi qua fo ignis ſcintilla in iſtis cavitatibus excitetur, illi fu protinus accenduntur, atq; ſubitò rarefacti em carceris parietes magnâ vi concutiunt, praſert cum multi ſpiritus ipſis ſint admiſſi, & ita ori tur terraemotus. Contingit etiam aliqvan

pergit n. 78. *cùm hi motus fiunt, ut parte ter diſjectâ vel apertâ flamma per juga montium lum verſus erumpat. Idq; ibi potiùs fit, quàm humilioribus locis, tum qvia ſub montibus plu ſunt cavitates, tùm etiam, qvia magna illa fra gmenta, qvibus conſtat terra exterior, in ſe inv cem reclinata, faciliorem ibi praebent exitum flam mae, qvàm in ullis aliis locis. Et qvamvis clauda tur terrae biatus, ſimul ac flamma hòc pacto ex i erupit, fieri poteſt, ut tanta ſulfuris aut bitumin copia ex montis viſceribus ad ejus ſummitatem pro pulſa ſit, ut ibi longo incendio ſufficiat. Noviq fumi poſtea in iisdem cavitatibus rurſus collecti incenſi facilè per eundem hiatum erumpunt, un fit, ut montes nonnulli crebris ejuſmodi incendi ſint infames, ut Aetna Siciliae, Veſuvius Campani Hecla Islandiae.*

§. 2. Et poſtqvam deinde varios modos ge nerandi ignis recenſuit, ut ex ſilice, ex lignis ſicc cis, ex collectione radiorum Solarium, ex mo

tu,

ex variorum corporum miſturis, & ex aliis
pique cauſis, hæc tandem ſubjungit: *His o-*
ibus modis non tantùm in terræ ſuperficie, ſed
m in ejus cavitatibus ignis poteſt accendi. Nam
ſpiritus aereo craſſarum exhalationum meatus
poſſunt pervadere, ut in iis flammam accen-
p, & ſaxorum aut ſilicum fragmenta ſecretò
rerum lapſu aliiſve cauſis exeſa ex cavitatum
picibus in ſubſtratum ſolum decidendo tùm aë-
m interceptum magnâ vi poſſunt explodere, tùm
m ſilicum colliſione ignem excitare, atq; ubi ſe-
lemel corpus flammam concepit, facilè ipſam
im aliis vicinis corporibus ad eam recipiendam
is communicat. Flammæ enim particulæ iſto-
m corporum particulis occurrentes ipſas movent
ſecum abducunt.

§. 3. Ipſam verò rationem generationis igni-
a ex recenſitis modis n. 81. ejuſmodi refert:
n globuli ſecundi elementi occupent omnia inter-
lla circa terram, quæ ſatis magna ſunt ad illos
piendos, & ſibi mutuò omnes ita incumbant, ut
i abſque aliis moveri non poſſint (niſi fortè cir-
lariter circa proprium axem) quamvis materia
mi elementi omnes exiguos angulos à globulis
is relictos explens in ipſis quàm celerrimè movea-
r, ſi tamen non habeat plus ſpatii, quàm quod in
is angulis continetur, non poteſt ibi habere ſatis
rium ad particulas terreſtres, quæ omnes à ſe
tuò & à globulis ſecundi elementi continentur,
ſecum rapiendas, nec proinde ad ignem generan-

Digitized by Google

dum. Sed ut ignis alicubi primùm excitetur, debent aliqvâ vi expelli globuli cœleſtes ab intervallis nonnullarũ particularum terreſtrium, qvæ inde invicem disjunctæ atqve in ſolâ materiâ primi elementi natantes celerrimè ejus motu rapiantur, quoqvo verſus impellantur.

§. 4. Supponit nimirum Carteſius, Deum ab initiô materiam aliqvã creâſſe velut primam, neqve finitam, neq; infinitam, ſed indefinitam, in qvaslibet partes diviſibilem & in multas jam ipſe diviſam. Ac principio qvidẽ hujus aſpectabilis mundi materiam iſtam à Deo fuiſſe confractam ac diſcerptam in partes cùm qvoad magnitudinem, tùm qvoad motum æqvales, non qvidem ſphæricas, cum plures globuli ſimul juncti continuum ſpatium explere non poſſint, ut non detur aliqvod vacuum; ſed in particulas cujuscunqve figuræ. Poſtea verò ſucceſſu temporis ob circulares earum motus & conſeqventes inde mutuos occurſus, non potuiſſe non rotundos qvosdam globulos tornari, ſcobem autem ex obtuſis & attritis angulis reſiduam, ne qvod eſſet intervallum ab omni corpore vacuum, intermedia ſpatia, qvæ globuli ſimul juncti neceſſariò circa ſe relinqvebant, fuiſſe ſubingreſſam, figuras qvippe ſuas ad omnes angulias explendas accommodantem. Porrò præter minutiſſima iſta ramenta craſſiores etiam & figuris ad motum minùs accommodatis præditas particulas, ut ſunt e. g. ligneorum, qvæ do-

tur, præſegmina, fuiſſe reſecatas. Has Car- tus vocat particulas ſtriatas & tertium ele- ntum eſſe dicit, qvemadmodum globulos undum, ſubtiliſſima autem illa ramenta pri- im. Et è primô qvidem Solem & ſtellas fi- i, ex ſecundô cœlum, ex tertiô terram, Pla- tas & Cometas componi ſtatuit.

§.5. Iſtis igitur hypotheſibus, tanqvam imotis ndamentis, cùm omnium naturalium effectu- n, tùm etiam incendiorum, qvæ ſub terrâ fi- t, rationes ſuperſtruit. De qvibus qvid ſen- ndum ſit, audire libet judicium Iſaaci Voſſii enat. & propriet. luc. c. 4. *tantum nomen tan- ûmqve autoritatem vir ille ſcriptis ſuis conſecutus ſt videtur, ut pleraqve ejus dicta pro demonſtra- ionibus habeantur, publicèqve libri ejus tanqvam eritatis indices, in ſcholis & Academiis qvibus- dam prælegantur. Atqve hic, cum à paucis po- ſtulatis & communibus velut notionibus Philoſo- phiam ſuam auſpicatus ſit, in progreſſu tamen ipſis nemo plura aſſumſit, & qvidem talia, qvæ nec ab ipsô demonſtrata ſunt, nec demonſtrari à nuqvam poſſunt, etiamſi vim intellectui infera- mus. In eô præcipuè callidus fuit, qvòd, cum tàm plana & perſpicua præmittat principia, mox ta- men iis relictis alia promat, qvæ neq; viſu neq; ſen- ſu percipi poſſunt, globulos ſcilicet, particulas ſtria- tas & elementa invìſibilia. Illis poſitis, non pro- batis, incipit philoſophari, qvia nempe, ubi oculi & ſenſus deficiunt, ibi fingendi incipit libertas.*

Digitized by Google

CAP. X.

OPINIO KIRCHERI

Summarium:

Sententia Kircheri de ignibus ſubterraneis per univerſum orbem diſtributis jam inde à prima Creationis tempore. Dubia quædam circa hanc ſententiam.

§. I.

ATHanaſius Kircherus l. 2. tom. 1. c. XI. mundi ſubterranei montes ignivomos nihil aliud eſſe putat, qvàm ſpiracula qvædam, per quæ ſubterraneus ignis à Deô ſtatim in primâ creatione ad totius ſublunaris Naturæ tutelam & rerum omnium proventum per omnes terræ venas diſtributus aërem in ſui fomentum attrahat, aut velut caminos qvosdam, per qvos à ſuperfluâ fumi feciumqve mole ſe exoneret. Abyſſos ingentes, *inqvit* l. 2. c. 19. in telluris viſceribus reconditas plenas ignibus reperiri, Vulcanii montes ſat ſuperqve demonſtrant: qvas minimè, ut vulgus ſibi perſvadet, fundo montium inexiſtere putes, ſed habent ſuas in profundiſſimis terræ viſceribus officinas, qvarum montes non niſi ſpiracula qvædam ad fuliginem ſuperfluam æſtusqve concepti vehementiam, ne terram intolerabilibus motibus perpetuò concutiant, exonerandam conſtituta. Neqve mirum eſt, *ait l. 3. c. 2.* tantam ignis vim in terris

à na-

natura conſtitutam, cùm ab hujusmodi ignis univerſæ ſublunaris Naturæ ſalus dependet. Neqve enim in iis rebus præſertim conſervandis, qvæ, ſive neceſſitatem, ſive diuturnitatem ſpectes, ignis adminiculô carere non poſſunt, natura parca, anguſta & manca, ſed prorsus liberalis & magnifica eſſe debuit. Qvemadmodum enim cœlum immensô ambitu, qvod cuncta comprehenderet, conſtituit, vaſtamqve diſpoſuit elementorum molem & maris immenſum pelagus, unde in univerſi Geocoſmi venas indeficientem aqvarum copiam diſtribueret: ita Divinæ Providentiæ proportione ſervatâ magnum valdè in ventre naturæ ignis apparatum feciſſe conſentaneum fuit, unde per longiſſimos veluti caminos infinitum diffunderet fervorem ad neceſſariarum rerum uſum, telluris, hominum, animantiumqve emolumentum. Et ſicut aqvis ſuos ſtatuit terminos, qvos præterire non liceat: ita hanc ignis naturam tàm admirabili diſtributione, tantô ordine & ſymmetriæ proportione in abditis ſubterreſtris naturæ ſemitis attemperavit, ne ab ambientis oceani undis longè lateqvè inſinuatis ſuffocaretur, neqve à præſcriptis ſibi terminis exorbitaret, *Porrò l. 4. c. 3. ita pergit*: eſt incendium nihil aliud, qvàm magnum qvoddam in naturâ accidens, immenſus qvidam exceſſus ignis, qvi à ſubterraneis ſubterreſtrium ignium barathris pingvem & combuſtibilẽ materiam proſecutus

 vel

Digitized by Google

vel per impetum diſruptis alicubi caminis, m
ras ac mortalibus formidandas flammas ejac
latur. Et qvamvis hujusmodi incendia in ip
terrarum exteriori ſuperficie non ſint perpetu
ſed extemporanea, ob hoc tamen non tollit
ignis in ſubditis pyrophylaciis, qvin perpetu
uniformisqve ſubſiſtat.

§. 2. Statuit ergò Kircherus ignes qvosda
ſub terrâ, perpetuos ac uniformes, ipſiqu
jam ab exordiô mundi concreatos, per totu
univerſum diſtributos, indeſinenter ardente
& per montium hiatus cùm aërem, qvo foveau
tur, attrahentes, tùm fumum ac fuliginem re-
purgantes. In qva ſententia cum multa deſi-
derari poſſint, illud jam qværere libet, cur *iſti*
camini pyrophylaciis ſuperſtructi non conti-
nuò fumum ac fuliginem excernant, cum ta-
men ignis iſtorum pyrophylaciorum nunqvam
extingvatur, aut certè cur illis caſu aliqvo ob-
ſtructis non aperiantur novi? Conſideremus
modò noſtram Europam. In totâ Germaniâ,
Galliâ, Hiſpaniâ ac Britanniâ vix aliqvod inſi-
gne ſpiraculum deprehenditur, qvod tantis
ignium abyſſis ſufficiat, qvantas Kircherus intra
terræ viſcera recondit. Et ea qvoqve, qvæ per
Italiam ac vicinas inſulas diſtributa ſunt, omni-
um totius orbis famoſiſſima, certis vicibus, ac ſi
planè refrixiſſent, aut nullum aut exiguum utiq;
fumum expellunt. An talis forſan ignis in Py-
rophylaciis alitur, qvi ſine fumô ardet, qvalem
in

fundo alicujus montis Americani deprehenſum ſcribit Acoſta l. 3, c. 28. hiſtor. Indic. Ut alia jam omittam, è qvibus certò videtur poſſe colligi, montium fumigationes aut conflagrationes extemporaneas eſſe potius, qvam qvòd ab uniformi qvadâm & perpetuâ causâ proficiſcantur.

SECTIONIS SECUNDÆ APPENDIX.

Summ.

Peyreſcii de canalibus ſubterraneis, per qvos ignivomi montes ignem ſibi mutuò communicant, diſcurſus. Plinii & Bleſkenii de montium incendiis judicium.

§. I.

PEyreſcius, cujus vitam Petrus Gaſſendus peculiaribus libris complexus eſt, injectâ aliqvando mentione inſignis incendii, qvod in Semô Æthiopum monte eodem tempore contigit, qvo Veſuvianum in Italiâ, varia diſſeruit, ut eſt apud Gaſſendum locô memoratô, de canalibus ſubterraneis, qvibus communicare poſſent non modò aqvæ, ſed etiam ignes, atqve adeò Veſuvius cum Ætnâ, hæc cum Syriâ, hæc cum Arabiâ felice, iſta cum regione Erythræo vicinâ, in qvâ Semus mons, idqve ſeu ſeries qvædam rupium incurvatarum canales faciant, ſeu ipſi ignes ſubeuntes in rimas viam ſibi aperiant & canales creent, bituminosâqve ſuffumigatio-

ne incruſtationem obtendant, qvæ aqvam m[arinam] ſuperimpoſitam arceat. Ignes aut[em] ſubterraneos aperire ſibi viam indicio eſſe mo[n]tem Puteolanum tempore Pauli Tertii aliosq[ve] aliis temporibus eruptione ignium enatos. In[cruſtationem] verò illam interdum abrumpi, i[ta] ut aqva ſubeat, indicio eſſe, qvòd tempore Ve[ſuviani] incendii littus Neapolitanum aliqvan[tisper] reſiccatum fuit revomente interim mon[te] abſorptas hiatibus aqvas, verùm admiſtâ ma[teriâ] combuſtibili igneſcentes. Sic poſtea eti[am] interpretatus eſt illum torrentem igneum, qvi ex monte Ætnâ defluxit annô integrô *de*currens ſummô cum ardore ultra duo triave milliaria latitudine paſſuum qvingentorum *mi*ſtô fluore ex ſulfure ſale plumbo ferrô terrâ &c.

§. 2. Atqve hæ ſunt Variorum omnis ætatis Autorum de montium incendiis opiniones, qvorum aliqvi forſan meliùs feciſſent, ſi cum Plinio l. 2. c. 93. generali causâ contenti ad Naturæ Numen aliter ſubinde atqve aliter erumpens confugiſſent, aut cum Blefkenio *in Island.* ſcribente, qvo igne qvave materiâ ardeat Hecla ignorari, ignorantiam ſuam fuiſſent profeſſi.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO TERTIA

btum Naturæ Proceſſum in hoc negotiô veraſqve cauſas exponens.

CAP. I.

DE INTERIORIS TERRÆ CONSTITUTIONE EJUSQVE CAVERNOSITATE.

Arg.

Præmittitur hypotheſis de terra cavernoſitate, qua probatur ſimilitudine ab humanô corpore deductâ, item autoritate ac experientiâ. Objectionibus qvibusdam reſpondetur.

§. 1.

AC hactenus qvidem facilè fuit aliorum judicia carpere. Nunc, cum rectiùs aliqvid inveniendum ac dicendum eſt, major oritur difficultas. Et pænè vereor, ut, dum genuinas incendiorum, qvæ per montium vertices erumpunt, cauſas perveſtigare ſatago, Ætnæus, qvod ajunt, Venator prodeam. Adeò humanus animus in arcanis naturæ myſteriis, iis maximè, qvæ oculorum aciem effugiunt, caligat, ut latiùs videatur, eorum tacitè venerari majeſtatem, qvàm curioſè perqvirere nec aſſeqvi. Qvæ cum cogitarem, haud multum aberat, qvin ſu-

Digitized by Google

ſcepti operis pœnituiſſet, niſi rurſus ex aliâ parte neſcio qvæ nobis innata ſciendi cupiditas, cujus vi tenebras, in qvibus hæremus, evadere geſtimus, & ignorantiæ carceres magis qvàm Dædalus Minoas turres effugere conamur, ſtimulum mihi ſubdidiſſet, & ad curioſam hujus miraculi contemplationem elevâſſet. Qvid igitur ulterius abditas terræ latebras ſubire & meo, vel qvid horridum multisqve ſalebris præpeditum iter ultra ſubterfugio? A Te, benevole Lector, ſicubi lapſus fuero, erratorum benignam veniam mihi peto. Deum autem Optimum ac Maximum, univerſi hujus Conditorem, à cujus conſpectu fumant montes & ſaxa colliqveſcunt, humillimis votis veneror, ut cœleſtem ſuum ignem è throno Majeſtatis ſuæ mittat, qvæ mentem meam illuminet & ducat in viam veritatis!

§. 2. Totum igitur naturæ in montium incendiis proceſſum ordine propoſiturus, primum omnium ſuppono, qvod & ratio dictat, & experientia comprobat, & magnorum Philoſophorum confirmat autoritas, terraqveum hunc globum non eſſe totum ſolidum & conſtipatum, ſed anfractuoſis hinc inde ſyphonum mæandris excavatum, vaſtisq; paſſim cavernarum cryptis interdiſtinctum. Nam cum ſapientisſimô conſiliô Σοφὸς ille Τέκτων intra terræ receſſus ignium, aqvarum, ſpirituum, aliarumqve rerum receptacula abdiderit, qvorum ope natura jam

inde

ſe à primis mundi incunabulis usque extremam ſenectutem tot mixtorum corporum productiones indefeſsè moliretur induſtriâ, quid mirum, ſi ſubterraneus Geocoſmus viarum ambagibus diſcriminetur, tot abſtruſis cavernarum carceribus intercipiatur, tot ſinuoſis anfractuum ambulacris intricetur, tot hiatuum fiſſuris hiet?

§. 3. Igitur ſicut humanum corpus ſolertiſſimus univerſitatis Effector tot nervorum venarumque tot arteriarum ductibus compegit, tot neceſſariis vitalium operationum officinis inſtruxit, tot denique pororum ſpiraculis ad ſudoris fuliginumque nidores exterminandos perforavit: haud aliter hoc ſublunare domicilium interius tot fluminum tortuoſis venis internotatum, tot immenſis cryptis diſcriminatum, nec paucis Vulcaniorum, Æoliorum, Neptuniorumque carcerum ſpiraculis & velut evaporatiis caminis interceptum humani corporis fabricam tantum non in omnibus æmulatur. Unde Bembus in dialog. de Ætnâ: *tellus quidem omnis, ſicut & noſtra corpora, foraminibus canalibusque diſtincta eſt, & tanquam venis internotata, ſive quòd omninò coire non poteſt, quæ ſpecie quidem multùm differat inter ſe, ſive quòd aut gignit ipſa ſemper aliquid aut interimit & immutat, neque unum idem omnis atque ſemper manet, ſive ut alii tradiderunt & quidem Principes in Philoſophiâ, quia planè vivit ipſa & ab eâdem*

dem mundi animâ extra intraquè perlustratum. Et Seneca qv. nat. l. 3. c. 15. *ſicut in noſtris corporibus & venæ ſunt & arteriæ, illæ ſangvinis, hæ ſpiritus receptacula: ſic in terra ad corporum noſtrorum exemplar alia ſunt itinera, per quæ aqua, alia, per quæ ſpiritus currit;* & c. 16. *ſunt & ſub terrâ minùs nota nobis jura naturæ ſed non minùs certa. Crede infrà, quicquid vides suprà. Sunt & illic ſpecus vaſti, ſunt ingentes receſſus & ſpacia ſuſpenſis hinc & inde montibus laxa, ſunt abrupti in infinitum hiatus, qui ſæpè illapſas urbes receperunt & ingentem in altô ruinam condiderunt.* Et l. 5. c. 14. *non tota ſolida contextu terra in imum uſque funditur, ſed multis partibus cava*

Et cæcis ſuſpenſa latebris.

Et l. 6. c. 15. *terra multis locis perforata eſt, nec tantùm primos illos aditus habet, quos veluti ſpiramenta ab initio ſui recepit, ſed multos illi caſus impoſuit. Alicubi diduxit quicquid ſupernè terreni erat aqua, alia torrentes cecidêre, alia æſtibus magnis dirupta patuêre.* Sic & Epicurus terram σπογγώδη τοῖς κατωτέρω μέρεσι καθυγρῶσαν dixit, & è Poëtis Paligenius ita canit:

> Scire igitur licet, innumeras vaſtasq; cavernas
> Sub terris eſſe.

§. 4. Prolixè etiam & ſolidè ſoliditatem terræ deſtruit Autor Ætnæ, cujus hæc ſunt inter alia:

> Qvacunqvè immenſus terræ ſe porrigit orbis,
> Extremiq; maris curvis incingitur undis.

Non

Non totum eſt ſolidum, deſit namq; omnis hiatu,
Secta eſt omnis humus, penituſq; cavata latebris
Exiles ſuſpenſa vias agit. Utq; animantis
Per tota errantes procurrunt corpora venæ,
Ad vitam ſangvis omnis qvô commeat idem:
Terra voraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet haud olim diviſô corpore mundi
In maria ac terras & ſidera, ſors data cœlo
Prima, ſecunda mari, deſeditqve ultima tellus,
Sed totis rimoſa cavis, & qvalis acervus
Exilit imparibus junctis ex tempore ſaxis,
Ut crebrô introrſus ſpacióqve vacante corymbus
Pendeat in ſeſe: ſimili qvoqve terra figurâ
In tenues laxata vias non omnis in arctum
Nec ſtipata coit, ſive illi cauſa vetuſta
Nec nata eſt facies, ſeu liber ſpiritus intra
Effugiens molitur iter, ſeu lympha perenni
Edit humum limô, furtimqve obſtantia mollit,
Aut etiam incluſi ſolidum exedere vapores,
Atq; igni qvæſita via eſt, ſive omnia certis
Pugnavére locis. Non eſt hîc cauſa docendi,
Dum ſtet opus cauſæ. Qvis enim non credat inanes
Eſſe ſinus, penitus tantos emergere fontes
Cum videt, ac torrentem imô ſe emergere hiatu &c.

§. 5. Qvam ſæpè, ut ad experientiam qvoqve provocem, agris aut montibus vel à naturâ vel ab arte perfoſſis ingentes ſpeluncæ patuerunt ad immenſas voraginum abyſſos exporrectæ? Qvæ licèt oculos multis in locis effugiant, nec aditum hominibus pandant, ſubditæ tamen ſentiuntur. Sicut Plinius l. 2. natural. hiſt. c. 91. teſtatur, in Gabienſi ſolô non procul à Româ, qvà hodiè Tiburtinæ lapidicinæ ſunt, ut & in agrô Reatinô, qui hodiè vocatur campus penſi-

lis

lis, ad ingreſſum animantium vel onerum qvi curru vehuntur ſuſpensô qvaſi ſolô terram tremere. Sic Tarteſſus Hiſpaniæ civitas juxta Gades, qvæ & Carteja dicitur, à ſubterraneis cavernis illud nomen accepit, ut ex Strabone & Melâ Baccius l. 1. c. 1. de therm. annotavit. Qvid dicam de Phlegræis campis; qvos eâdem de causâ non ſine manifeſtô periculô calcatos narrat Megiſerus c. 7. delic. Neapol. & alii, qvi topographias Italiæ ediderunt. Ut nihil jam dicam de Montis Tauri ſ. Jamai ſpecubus & antris omnem humanam fidem excedentibus, ut nihil de Andibus Americanis, in qvorum visceribus ſupra, qvàm credi poſſit horrida antrorum receptacula deprehendi perhibentur tantæ capacitatis, ut integris regionibus in terrenâ ſuperficie non cedant, ut nihil de aliis terræ antris ſpecubus ac hiatibus, qvorum alii patent in latitudinem, alii porriguntur in longum, alii in profundum demittuntur, alii multiplices aditus & receſſus habent, prout locorum conditio vel naturæ neceſſitas poſtulat.

§. 6. Ad experientiam porrò ſpectant terræmotus, qvi cum à ſulfureis ac bituminoſis halitibus originem ducant, oportet ut intra terram ἀντροειδεῖς qvædam κοιλότητες, ut cum Plutarcho loqvar l. 3. de placit. Philoſoph. c. 15. reperiantur, intra qvos διασπειρόμενον illud πνεῦμα qvæ iterum Plutarchi verba ſunt, & generetur & torqvendo ſe terræmotum capſetur. Qvod

ſin

ne minimus qvidem terræ motus accidere poteſt, niſi terræ cavitate admittas, qvid de terribilibus terræmotibus dicendum erit, qvalis annô qvartô currentis ſeculi non procul à Limâ Peruviâ vicinos tractus devaſtavit omniaqve evertit. Qvod, Gaſſendô Judice, non contigiſſet, niſi ſubterranei canales inter ſe communicâſſent, & ignis in Omrate monte accenſus per cuniculos illos ſerpſiſſet, & ex ordine ſucceſſiſſet, qvô de ſupra.

§. 7. Superſedeo referre, qvot urbes, qvot oppida, qvot inſulæ ſubterraneas cavernas cum maximô ſuô diſpendiô fuerint expertæ, qvæ nimirum ruptis illarum, qvibus ſuperextabant cavernarum fornicibus in vaſtas voragines receptæ corruerunt, & miſerabili ruinâ ſubſederunt, qvalia exempla invenire licet apud Strabonem l. 1. & Plinium hiſt. nat. l. 2. c. 84. Qvid de montibus in continenti natis, ut de illo Puteolanô, qvem novum ſeu modernum dicunt, aut de inſulis in Oceanô exortis, qvarum aliqvas recenſet Plinius l. 3. c. 86. 87. Nec enim omnia forſan fabuloſa ſunt, qvæ de Delo Rhodoqve referuntur, aliisq; qvæ è pelagô emerſerunt inſulis. Nam nec noſtrum ſeculum ſimili portentô caruit, ſi vera ſunt, qvæ de inſulâ juxta Terceras ante aliqvot annos enatâ memorantur. Conferatur ſectionis primæ caput penultimum de maris incendiis. Hoc autem, qvâ putemus aliâ ratione contingere, qvàm, ut moles ſubmarinis cavernis ſuperſtantes ita obliqvè eructentur, ut non in

Digitized by Google

ipſas cavernas recidant aqvis interim oppletas, ſed in adjacentem ſolidum fundum, cui eâ ratione ſuperexſtruuntur, ut etiam ſupra maris ſuperficiem elatæ in inſulis haberi poſſint.

§. 8. Atqve ex his elucet, qvomodo vel ſoli terræmotus, &, qvæ terræ motui adhærent, adjuncta terræ ſoliditatem deſtruant. Atqve idem Strabo l. 5. & Diodorus Siculus l. 6. c. 3. ex Campanorum & Siculorum ignium commercio conjecerunt. Conf. ſect. 2. c. 7. Nec ineleganter Peyreskius de ſubterraneis canalibus diſſeruit, qvorum ope communicare poſſit Veſuvius cum Ætnâ & ita porrò, cujus verba adducta ſunt in appendice ſectionis ſecundæ, qvæ jam repetere ſupervacuum eſſet.

§. 9. Nec verò aſſertum noſtrum de ſubterraneis cavernis deſtruit vel ſimplex illud & nullis impurarum partium qvisqviliis inqvinatum terræ elementum, qvod à penitioribus ejus viſceribus usqve ad ipſam centri medietatem conglomeratum & conſtipatum repetiri nonnulli dicunt; vel Helmontii arena vivens ſeu ſabulum bulliens, qvod ad centrum usqve ſuâ continuitate aqvis perlutum extendi affirmat. Qvid enim ſi dicamus duas illas continuas moles longiſſimè à terræ ſuperficie incipere? Qvid? qvod adhuc tùm purum illud terræ elementum, tùm vivens illud Helmontii ſabulum μέγα λίαν ἀίτημα ſit. Qvid enim ſubterraneus mundus aliud tunc foret, qvàm iners & inutile qvoddam terræ pondus?

§. 10.

§. 10. Nec ſi terreſtris globus tot cavitati- [...]diſtinctus eſt, periculum eſt, ut fractus illa- [...]tur orbis. *Qvas enim ruinas metuet*, uti re- [...]ſſimè reſpondet Kircherus *itin. ecſtat.* 2. ſeu [...]odr. mund. ſubterr. dial. 3. c. 3. *qvod potens [...] dextera Excelſi ineffabili opificiô inviolabili [...]ilitate firmavit?* Et rectè Pontanus de Me- [...]or.

> Nec verò, qvamvis ſolidô ſtet robore tellus
> Mole ſuâ gravis & densô ſe pondere firmet,
> Non vaſtis intus ſpecubus patet, atqve hiat altè
> Immenſum ductis abruptâ ſede cavernis.

§. 11. Sunt & alia, qvæ contra ſententiam no- [...]ſtram afferri poſſunt, e. g. cæterorum elemen- [...]rû ſphæras in totum cohærere, ergo & terram. [...]eindè tales cavitates vel eſſe intra terram per [...]turam à primâ creatione, vel poſteà factas. [...]on prius, videri enim contra naturam ſimpli- [...]s elementi, ut qvod homogeneum eſſe debe- [...]t: non poſterius, tunc enim dubium oriri, à qvo [...] qvomodo & cur illæ fiant. Sed hæc tantæ [...]ifficultatis non ſunt, ut indigeant multâ refuta- [...]ione. Vide ſi placet Johannem de Dondis de [...]aln. Patavin. c. 5.

CAP. II.

DE IGNE SEU CALORE SUBTERRANEO.

Argumentum.

[...]ecunda hypotheſis de calore qvodam ſeu igne ſub-

terraneë, cujus exiſtentia probatur ex ſimili-dine corporis humani, Autoritate, experien-tiâ, rationibus, ut ex generatione fontium, primis calidorum, ubi variæ de thermis opini-nes, earumq; examen, item ex ortu ventorum, terramotuum, aliorumq; naturæ accidentium. De eſſentiâ ignis ſubterranei variæ opiniones & qvid de his ſentiendum.

§. I.

LIcèt autem intra terram innumera caver-narum, fiſtularum ac meatuum extendantur ſpacia, nuſqvam tamen inane, nusqvam vacuum, à qvô ſic abhorret natura, ut ne in intimis qui-dem, ac profundiſſimis terræ barathris illud ad-mittat. Qvid autem iſta ſpacia repleat, jam ſuperiùs eſt inſinuatum. Nimirum non modò Jovis, ſed etiam Vulcani, Neptuni, Æoli omnia hîc plena ſunt, cùm Summus ille Opifex innu-meras illas cavernarum cryptas non modò aëre ſed etiam ſpiritibus, aqvis, atqve ignibus in uni-verſæ telluris fomentum inſtruxerit ac ditârit. Ut enim in Microcoſmô nonnulla receptacula ſunt humorum, ut cerebrum, Hepar, & Veſica, nonnulla vitalis caloris, ut cor, alia ſpirituum, pulmo, qvædam feculentæ cujusdam materiæ ceu renes ac lien: pari modô non aqvarum ac aëris modò receptacula, ſed ignis etiam in terra velut qvædam promtuaria conſtituta ſunt, unde diffuſus in omnes terræ venas calor omnia ve-getaret, non aliter ac in Microcoſmô calor per

omnes

Digitized by Google

nes corporis meatus diſtributus omnia ſpi-
bus ſuis animat atqve vivificat. Ac qvem-
modum igitur exteriores terræ partes modò
ſperguntur imbribus, modò ſiccantur à So-
modò diverberantur à ventis: ſic inteſtina
ræ viſcera hinc frigus conſtringit, illinc flam-
torrent, iſthinc intercutanei ſpiritus pulſant.
§. 2. Unde non eſt, ut cum Helmontiô fin-
mus ludendô donęmusqve, ignes ſub terræ
ervenii s diverſari, aut ut acqvieſcamus in
rnebô omnem calorem à cœlô radiisqve So-
ribus proficiſci ſtatuente. Qvibus jungi pot-
Watſonus Colleg. Phyſ. diſp. 10. diſt. 2. cu-
rationes refellit in inſtitutionibus ſuis Phyſi-
recens editis Kippingius. Multò major no-
s Philoſophi Autoritas in libr: de mundô c. 4.
c expreſſè ſtatuentis: ἐμπεριέχει δὲ καὶ πολλὰς
γῆ ἐν αὐτῇ καθάπερ ὕδατος, οὕτω καὶ πνευμά-
των καὶ πυρὸς πηγάς, τούτων δὲ αἱ μὲν ὑπὸ γῆν εἰσιν
ἀόρατοι, πολλαὶ δὲ ἀναπνοὰς ἔχουσι καὶ ἀναφυσή-
σεις ὥσπερ λιπάρα τε καὶ Αἴτνα. Qvæ verba ſic
interpretatur Apulejus: *non aqvarum modò
tellus in ſe fontes habet verùm ſpiritu & igne eti-
am fœcunda eſt. Nam qvibusdam ſubter occultè
ſunt Spiritus, & flantes indidem incendia ſuſpi-
rant, ut Lipara, ut Ætna, ut Veſuvius noſter ſolet.*
Neqve ſolùm in librô de mundô, ſed in Meteo-
rologiâ qvoqve ſuâ paſſim ignes ſubterraneos
inculcat, ut l. 2. de meteor. c. 4. ubi hæc ſunt ejus
verba: ὑπάρχει ἐντὸς τῇ γῇ πῦρ πολὺ καὶ πολλὴ
θερμό-

Digitized by Google

θερμάτης, hoc eſt, *exiſtit intra terram multus ig[…] & multa caliditas.*

§. 3. Agnoſcit eos ignes etiam Vitruvius l[…] de Architecton. c. 5. *cum in imô per alumen […] bitumen ſeu ſulfur ignis excitatur, ardore perc[…] defacit terram, ſupra ſe autem emittit fervid[…] vaporem.* Et l. 2. c. 6. *qvod ſub his montibus […] terrâ ferventes ſunt fontes crebri, qvi non eſſent[…] non in imô haberent aut de ſulfure, aut alumine, […] bitumine ardentes maximos ignes. Igitur pen[…] tus ignis & flamma vapor per intervenia perm[…] nans ac ardens. Ardores autem eſſe in his loci[…] etiam hæc res poteſt indicare; qvòd in montibus Cumanorum ac Bajanis ſunt loca ſudationibus excavata, in qvibus vapor fervidus ab imô naſcens ignis vehementiâ perforat etiam terram per eamq[ue] manandô in his locis oritur & ita ſudationum egregias efficit utilitates.*

§. 4. Vitruvio jungimus Senecam, qvi l. 2. nat. qvæſt. *adjice nunc*, inqvit, *ignes opertos terris, qvorum aliqvi erumpunt, innumerabiles in abſconditô flagrant.* Et l. 6. c. 9. Veterum qvorundam de causâ terræmotus opinionem adducit, ſtatuentium, qvòd ignis pluribus obrutus locis intra terram ardeat & proxima qvæq; conſumat. Confer l. 3. c. 24. ubi de thermis ex Empedoclis ſententiâ diſſerit. Atqve hi ſunt ignes, de qvibus Lucretius l. 2.

> Principiò tellus habet in ſe corpora prima,
> Unde mare immenſum volventes flumina fontes

Aſſ-

Aſſiduè renovent, habet ignes unde oriantur,
Nam multis ſuccenſa locis ardent loca terræ,
Eximiis verò furit ignibus impetus Ætnæ.

De qvibus Manilius l. 1. Aſtr:

Sunt autem cunctis permiſti partibus ignes,
Qvi gravidas habitant fabricantes fulmina nubes,
Et penetrant terras, Ætnâq; minantur olympo,
Et calidas reddunt ipſis in fontibus undas.
Ignibus usqveadeò natura eſt omnis abundas.

De qvibus Palingenius in Zodiac:

Qvippe ignes in ſe multos magnosqve perenni
Tempore nutrit humus. Dictu mirabile, ſed non
Falsa tamen refero, credet, qvi viderit Ætnam.
Qvi ſcatebras calidarum unqvam ſpectârit aqvarum,
Et qvi vitiferi bene noverit acta Veſevi.

De qvibus Pontanus de Meteor:

— — — — ingenti latè circundata pontô
Tellus fumificis incendia naſcitur antris.

Et iterum:

Vulcani fora ſulfureis ingenſa caminis
Ipſa monent, latè multum tellure ſub imâ
Debacchari ignem, camposq; exurere opertos

Sunt etiam, qvi è Sacris Literis ſubterraneorum ignium exiſtentiam probare conantur, qvam in rem adducunt locum ex Job. XXVIII, 5. De cujus interpretatione multum diſſerere non eſt hujus loci. Videatur Bolducius, Pineda & alii Commentatores.

§. 5. Lucilius Balbus apud Ciceronem l. 2. de natur. Deor. caleſcere terræ viſcera probaturus ad experientiam provocat, qvandoqvidem videamus recenti foſſione, præſertim hibernis temporibus, cùm terræ meatus occluſi

 ſunt,

Digitized by Google

ſunt, fumare terram, & ex puteis calidiore aqvam extrahi. Cui poſſet addi, qvod nix terram recens aratam incidens citò liqvescat, qvæ ſunt plures hujuscemodi generis obſervationes.

§. 6. Imprimis autem operoſus eſt Voſſius Theolog. gentil. & Phyſiol. Chriſt. l. 2. c. 63. velut Solem aliqvem ſubterraneum aſtruat, qvo ſe calor undiqve qvoqvoverſum diffundit. Ac inter alia argumenta non eſt minimi momenti; qvod ab origine fontium deſumit ſummis montium jugis ebullientium. Ut enim in nobis vapores ex ventriculô ſurſum aſcendentes frigore cerebri denſantur, poſteaqve in os & nares & aliô depluunt; ita vapores à ſubterraneô calore ſuſcitatos cùm naturâ ſuâ, tùm frigore locorum, in qvæ commeant, in aqvæ naturam converti, undiqve ebullire venâ ſtatuit. Idem argumentum, qvemadmodum & alia, prolixiùs perſeqvitur Lydiat. in tractatu de origine fontium. Eâdem enim ratione, qva vapores è ſuperficie maris in mediam aëris regionem elevantur & in pluviam denſantur, etiam vapores è cavernarum fundis vi ſubterranei caloris ad fontium capita ſublevari docet. Qvod ut eò clariùs illuſtret, à vaſis deſtillatoriis ac vaporariis ollisqve qvodam operculô contectis exemplum mutuatur, ut in qvibus igne ſuppoſitô vi caloris aqvei vapores in ſtillam concreſcant & ad naturam ſuam redeant.

Digitized by Google

§. 7. Qvod ſi fontium generatio ſubterrane ujusdam ignis exiſtentiam demonſtrat, multò agis fontium calidorum. Lippis qvippe ac onſoribus notum eſt, per omnes terrarum tra- tus innumeras ſcaturire thermas, qvarum onnullas in tantum fervere Seneca ſcribit nat. uæſt. l. 3. c. 24. ut uſui eſſe non poſſint, niſi aut aperto evanuerint, aut mixtura frigidæ inte- uerint. Atqve id de Badenſibus Agricola af- rmat de ort. & cauſ. ſubter. l. 1. c. 14. qvæ tam rvidæ emanant, ut ova coqvant, animalia in- ecta, ut capones, porcellos integros, capita vitu- na & ſimilia ſtatim depilent, & ocyùs qvovis ex andaracâ vel calce pſylothrô glabra reddant. Qvod illi ſæpè experti ſunt, qvibus ignis uſum rei expectare faſtidium fuit vel vetuit egeſtas. Idem de Volaterranis Cæſalpinus de metall. c. 7. de Bajanis Plinius l. 31. hiſt. natur. c. 2. de ther- mis prope Amphilochiam Nierenbergius de mirabil. nat. in Europ. c. 156. de Peruvianis A- coſta & ex eo Schottus in Anat. Phyſ. hydro- ſtat. l. 1. c. 9. de Grönlandicis Nicolaus Zenus Venetus apud Ortelium in theatr. mund. t. 97. alii de aliis retulerunt.

§. 8. Iſtæ igitur thermæ ſubterraneos ignes manifeſtè produnt, cum nihil aliud dari poſſit, qvod aqvas in tantū calefaciat. Eqvidem Renti- philus, vel, ut alii legunt, Theſmophilus apud Autorem libri de propriet. elementor. c. 2. pu- tat à Sole calorem illarum provenire. At verò

jam ſupra fuit oſtenſum ſ. 2. c. 4. Solem vix ultra duos paſſus terram penetrare radiis ſuis poſſe. Neqve certè mollities ac raritas terræ regeri poteſt, per qvam non difficulter Solares radii penetrent & aqvas inflamment. Nam vel maximè concedatur, Solares radios in ima terræ latibula penetrare, hoc ſaltem concedi oportet, ſubterraneis eos frigoribus fractum & enervatum iri. Qvis verò credat, radios Solares ſubterraneis frigoribus obtuſos tanti caloris imò fervoris eſſe cauſam, qvantus in thermis omnino deprehenditur? Qvid? qvòd apud omnes conſtet, uniformem fervoris in thermis tenorem pro diverſô Solis acceſſu ac receſſu nec augeri nec minui, qvod fieri utiqve oporteret, ſi Solis calor aqvas inalteraret.

§. 9. Nec verò ventus intra terræ viſcera compulſus & aqvis vehementer incumbens illas calefacit, ut Mileus exiſtimavit apud Autorem Anonymum proximè citatum. Ventus enim naturâ cuſtodiæ impatiens ſtatim cum ipſis aqvis emanabit, & illæ adeò ſtatim refrigeſcent. Atqve idem telum ferit Johannem de Dondis & qvotqvot cum illo ſpiritus calidos vi Solis & ſtellarum generatos aqvas fervefacere putant. Nam tametſi regerant (1) licèt aliqvid ſpiritum cum ipſis aqvis effluat, perpetuò tamen illos vi Solis & ſtellarum generari (2) non opus eſſe ſtatuere, qvòd ſpiritus cum ipſis aqvis emanent. Nam ſi furnum ſolidum & concluſum imagine-

mur,

ur, mediante ſolido pariete in duas cavitates
iſtinctum, & in una cavitate calores igneos,
 alterâ aqvas incluſas: aut ſi imaginemur
qvarum ſpiritibus ſubſtantium meatus infra
qvæ ſuperficiem exiſtere; aut meatus eſſe ſupra
qvarum ſuperficiem, ad qvos eleventur aqvæ,
 velut obſtruant illos, ut ſeqvi ſpiritus non
oſſint, tunc non opus eſſe ſpiritus unà cum ipſis
qvis diffluere. Non hæc tamen tanti ſunt robo-
s, ut hanc ſententiam fulcire poſſint. Nam
vod de calore Solis dicitur, jam ſuperius eſt
eſtructum, alterum verò, cùm ex meris imagi-
ationibus conſtet, ſuâ ſponte corruit.

§. 10. Alii ergo, ut Cardanus l. 2. de ſubtili-
ate inſinuat, animali terram calore præditam
ingebant, cujus non alia qværenda cauſa ſit,
qvàm caloris in animali, qvod fontem caloris
abeat in corde. Qvaſi verò ut animal ſic terra
ubiq; eſſet calida. Conferantur ea qvæ in ſect. 2.
. 5. ad Kepleri opinionem annotata ſunt.

§. 11. Neqve certè aqvarum ſuper mineras
ſulfureas decurſus, ut exiſtimant Ugulinus de
Monte Catino, Mengus Faventinus, & Bendinel-
us in ſuis de balneis tractatibus, nec montes cal-
is in ventre terræ reconditi, juxta Democritum,
nec aqvarum per abrupta loca jactatio, qvæ ſen-
tentia placuit Bodino theatr. nat l. 2. nec dua-
rum vel plurium aqvarum metallicarum con-
curſus, ut Sennertus ſtatuit. epit. ſcient. natur.
. 4. nec calor ex putredine ortus, nec per cu-
mulum

mulum terræ congeſtus, ut arbitrati ſunt alii no nulli, tantum fervoris gradum efficere poſſe vi detur, qvantus in thermis alicubi ſentitur. Li cèt enim his modis aqva nonnunqvam poſſi utcunqve calefieri, non tamen iis modis tantu fervorem acqviret, aut ſi acqvirat, ſaltem no ad tantam diurnitatem.

§. 12. Itaqve multò rectius Empedocles l. 3 qvæ nat. c. 14. Senec. thermas à ſubterraneis ignibu qvos terra multis locis opertos tegit, calefie conjecit, fortaſſis aſpectu patrii montis (fu enim natione Siculus) ad eam ſententiam com motus. Qvem ſeqvuntur pleriqve recentio res, vel qvia commodiori modô calidorum fon tium cauſa explicari non poteſt, vel qvia ple runqve in iis locis, ubi erumpunt ignes, therma ſcaturiunt, ut ex hiſtoriis patet.

§. 13. Ab aqvis tranſit Lydiatus ad ventos in iisdem, ut ille putat, oriundos. Cum enim ventus, inqvit, ſit halitus calidior & ſiccior, à calore ſubterraneô maximâ ex parte videtur excitari. Et ſanè Ariſtoteles etiam, cum de ventis agit, aliqvâ ex parte ventorum genera tionem ad ſubterraneos calores refert, qvibus tamen cæleſtem calorem veluti ſuppetias ad jungit, imò plus cæleſti qvàm ſubterraneo circa hoc negotium tribuit. Agricola verò l. 2. de ort. & cauſ. ſubterraneor. ſcribit, terræ calorem mul tò magis, qvàm Solem, exhalationes ventis ma teriam ſuppeditantes gignere, cum & hibernis

tem-

[te]mporibus, cùm Sol longiùs à nobis abeſt, è [te]rræ faucibus expirent, & in regionibus ad a[qvi]lonem ſitis inter medias qvòqve nives con[ti]gant.

§. 14. Qvod ſi calor ſubterraneus magnâ [co]piâ ſulfureos ac bituminoſos ſpiritus excitat, [q]ve per obſtantes terræ moles egredi moli[un]tur, terræmotus contingit, adeoqve terræ[m]otus etiam latentium in terræ viſceribus igni[u]m indicium eſt, eoqve magis, qvòd dehiſcente [te]rrâ nonnunqvam ignes emicent, & aqvæ pu[te]acæ ante terræ tremorem ſulfureum odorem [h]abeant, dum nimirum ignei ſpiritus allevare [s]e paulùm & puteorum fundis miſcere incipiunt. [E]ò pertinet, qvòd in iſtis locis, ubi flammæ [s]olent evomi, freqventiores terræmotus con[t]ingant, & qvòd cauſæ terræmotuum non aliâ [r]atione commodiùs illuſtrari poſſint, qvàm per exemplum cuniculorum ſubterraneorum, ſeu minarum, ut vocant, in qvibus concluſus inflammatusq; pulvis pyrius ſuper impoſitas ædificiorum ac propugnaculorum moles concutit & exturbat. Qva de re deinceps in ſect. 4. pluribus agemus. E qvibus omnibus Lydiatus colligit, terræmotus non aliam ob cauſam accidere, qvàm cum calor ſubterraneus ingentem exhalationum copiam creet, qvæ neqve cavernarum anguſtiis contineri, nec exitum invenire poſſit, ſed qvaſi ſtrangulata, penetrationis dimenſionum fugâ, ultro citroqve curſitet & li-

ber-

bertatem qværat, eoqve impetu terram con-qvaſſet.

§. 15. Aliud præterea ſubterranei caloris argumentum ex foſſilium & metallorum generatione ſuppetit, qvam absqve caloris alicujus aut ignis adminiculô fieri, ſcio neminem qui dicat. Neqve pauca ſunt indicia, qvòd foſſilium intra terram ubertas, & metallorum fecunditas, (è qvâ tantum qvotidie teſte *Plin.* l. 2. c. 93. orbe toto populantur ignes, naufragia, ruinæ, bella, tantum qvoqve tanta tot mortalium luxuria conterat) ſubterraneis ignibus debeatur. Unde & Taurellus l. 2. de cœl. *ignem* hunc Solis eſſe ſub terrâ vicariũ ac ad foſſilium generationem multum facere contendit. *Sed* ea vitandæ prolixitatis causâ prætermitto. Prætermitto qvoqve reliqva, qvæ laudatus *Autor* adducit, ut ſubterraneorum ignium exiſtentiam aſtruat, e. g. qvòd varia terrarũ *fertilitas &* ſterilitas aliæq; proprietates & differentiæ terrarum ſub eodẽ climate jacentium, maris *item* æſtus & ſalſedo non aliunde, qvàm ab igne ſubterraneô proveniant. Videantur præter *Lydiatum* Voſſium & Agricolam l. c. Baccius l. 1. c. 4. de thermis. Nard. de ign. ſubterran. Kirch. mund. ſubt. l. 4. c. 1. ſeq.

§. 16. Qvemadmodum autem ingens Autorum in eo conſenſus eſt, qvòd principium aliqvod caloris in terræ venis exiſtat: ita tamen non omnes ejus naturam & eſſentiam eâdem ra-

tione

ne explicant. Prætereo jam eos, qvi ...æ calorem qvendam affingunt, cujus ...n magis reqvirenda cauſa ſit, qvàm ejus, ...ſit in animali, qvoniam hæc ſententia ...n ſupra fuit rejecta, nec cum iis pugnabo, qvi ...lorem Solis & ſtellarum huc accerſunt. Nam ...am cum illis jam ſupra negotium mihi fuit, ...c eorum immorabor opinioni, qvi per nu...m antiperiſtaſin ſubterraneos calores excita...putant. Nam antiperiſtaſis præſupponit ...n aliqvem calorem, qvi cum frigore lucte...t, niſi fortè qvis caloris cœleſtis antiperiſta... hic obtrudat, qvæ certè non ultra poteſt ob...pere, qvàm ipſa radiorum Solarium vis pene...at, atqvi jam ſupra fuit oſtenſum, qvod Sol, ...eſt apud Boëthium,

intima viſcera terræ
Non qveat aut pélagi radiorum
Infirmâ perumpere luce.

...id? qvòd etiamſi cœli calor in abditiſſima ...rræ viſcera penetraret, tanta tamen ejus vis ...ut futura videretur, ut non ſtatim ceſſaret, ...ùm ad terræ frigus nullam aut magnitudinis aut ...rium habeat proportionem, præſertim ubi ...m per longa terræ ſpatia meandô fractus eſt & ...hervátus.

§. 17. His igitur omnibus omiſſis illud mo... ...ò dubium adhuc reſtat removendum, cum i... ...nes eſſe reverà ſub terrâ conſtet, utrùm terre... ...tis hic globus, qvem terimus, receptacula

qvæ-

Digitized by Google

qvædam ignium actu ſemper ardentium, an ſo[...]
mina tantùm qvædam ignium habeat & ign[...]
ſine flammâ.

§. 18. Flammas ardere ſub terræ cavern[...] non pauci negant, ut qvi putent, nullam ſenſ[...] obſervationem id patefacere, rationem autem contrarium ſvadere. Primùm enim dicunt cum nullâ flamma vel creari vel perſeverar[e] diu poſſit, niſi conſtans aëris libertas eam fove[...] at, cùm ob immenſam dilatationem, in qvam [...] halitus inflammatione diffunditur, tùm ob re[...] purgationem fumi ac fuliginis, qvæ, niſi proc[ul] amandetur, & marceſcere cogit flammam & bre[...] vi ſuffocat, tùm ob continentem ſucceſſionem novi noviqve ſemper aëris, qvi flammam propellat, non videri flammam aliqvam, nedum ingentem flammarum copiam in abditis terræ receptaculis contineri. Qvod argumentum urget imprimis Gaſſendus in phyſiolog. Epicur. cap. de cal. ſubt.

§. 19. Rogant etiam deinde, qvodnam ſi[t] illud promtuarium & velut barathrum qvodam Platonicum, qvod avidiſſimæ flammarum voracitati continuò alimentum ſuppeditet. Addunt porrò, cum ignis natura fœcund[a] ſit, ſeqve ipſe pariat, & minimis creſcat ſ[...] villis, mirum videri, qvòd mundus non jam dudum fuerit in cinerem redactus, cum tot [&] tantas flammarum jugiter ardentium in utero ſuô concluſas habeat officinas. Illud autem

qvo

...od de thermarum fervore ſolet objici, tan-
...um non aliunde qvàm à pyrophylaciis tan-
...n caloris gradum acqvirere ſibi poſſint,
...ntum alicubi produnt, non ejus eſſe momenti
...ſtant, ut propterea flammarum actu ſemper
...entium receptacula ſint intra terræ cavernas
...locanda, cum alii poſſint eſſe modi, qvibus
...ermarum calor intendatur. Nihil enim ob-
...re, qvò minùs aſſeri poſſit, calefieri thermas
...concurſu duarum vel plurium aqvarum me-
...llicarum ſuâ naturâ qvidem ad tactum frigi-
...rum, in concurſu verò ob ſpirituum repu-
...antiam incaleſcentium, ſicut e. g. ex ſpiritu
...trioli & oleô vel ſale Tartari, item ex aqvâ
...rti & tartarô, item butyrô antimonii & ſpiritu
...tri apparet, qvæ tametſi ſunt ad tactum frigida,
...men, ſi miſceantur, incaleſcunt, & ita qvidem,
...ſi repentè aqvæ forti oleum tartari infunda-
...r, non ſolùm bulliat, ſed flammam etiam mi-
...râ concipiat, qvod accidit etiam, ſi butyro
...timonii ſpiritus nitri confertim infundatur;
...â de re videatur Sennertus l. 4. ſcient. natur.
...10.

§. 20. Itaqve Gaſſendus flammas qvidem in
...vis ſubterraneis eſſe negat, nihilominus ta-
...en ſtatuit, terræ corpus ceu πανσπερμίαν qvan-
...m aut rerum omnium ſeminarium ignis in ſe
...mina continere, ſulphuri potiſſimum ac bitu-
...ini ſimilibusqve materiis, velut illigata, qvæ
...opter inſignem ſuam mobilitatem & agita-

 tio-

Digitized by Google

tionem pro loci diſpoſitione flammam ha difficulter concipiant. Et Gaſſendo conſe in eo qvidem Cardanus, qvòd flammas eſſe terræ cavernis itidem inficietur, ſed in veri ig ſubterranei naturâ deſcribendâ neſcio qva ignem in abſtruſis telluris interveniis locat, nutrimentum qvidem materia qvædam fuli ſimilis & bituminoſa, motum autem ma nova, qvæ ſemper ſuccedat, & reſpirationem pis qvidam aridus ac fungoſus præbeat, qvi gnem non aliter ac calidus cinis foveat.

§. 21. At alii verò pro flammis pugnare nimè dubitant. Nec enim metuendum eſſe tant, ut illic vel aëris libertas deſit, vel ſuffic ens pabulum, vel ut flammæ limites ſuos ſupe greſſæ terram in cineres redigant. Deus enim inqviunt, ſapientiſſimô conſiliô præcavit, ne te ram fiſtulæ deſtituerent, & veluti camini ab ip Vulcaniis officinis ad extremam usqve ſuper ciem exporrecti, qvorum ope non minùs aër berrimè transmitti, qvàm fuligo repurg poſſit.

§. 22. Itaqve ſicut in animalibus non au ſolùm ac nares halituum ſpiraculis deſtin ſunt, ſed cutis etiam innumeris poris eſt per ſa, per qvos fiat tranſpiratio: ſic in terrâ n grandiora modò ſpiracula fumorum dari p tant, ſed innumeros etiam exiguos meatus, p qvos & ſufficiens aër attrahi poſſit, & rejici f ligo.

§. 2

Digitized by Google

§. 23. Porrò cùm Vulcanias officinas innumeris canalibus inſtructas eſſe conſtet in omnes terræ partes deductis, haud mirum etiam debere videri, ſi continuum ardentibus ignibus pabulum ſuppetat, cùm perpetuus aqvarum in terræ venas affluxus non ex oceanô modò pingvis viſcoſæqve materiæ congeriem, ſed etiam ex variis terrarum mineris ſulfur, bitumen, & ſimilem combuſtibilis materiæ fomitem elicitum extractumqve ſubminiſtret, & indeficientem nutrimenti propagationem promoveat.

§. 24. Et ex hôc ignium individuô cum aqvis conſortiô facilè patere cauſam ajunt, cur flammæ non facilè præſcriptos ſibi terminos excedant. Faciunt huc verba Ambroſii l. 2. Hexaem. c. 3: qvanti fontes, fluvii, lacus irrigant terras, qvia eas internus qvidam ignis vaporat. Unde enim aut arbores germinarent, aut frumentà vel ſata prorumperent, vel orta coqverentur, niſi ea interior qvoqve ignis animaret? Qvi etiam de ſaxis freqventer excutitur, & de ipſo ſæpè, dum cæditur, lignô exilit. Ergò ſicut neceſſaria ignis creatura, ut ordinata & diſpoſita permaneat, cæliqve clementia temperet aqvarum rigorem: ita etiam aqvarum redundantia non ſuperflua, ne alterum altero conſumeretur, qvia, niſi conveniens utriusqve menſura ſit, ſicut ignis aqvam exiccat: ita & aqva extingvit ignem. Itaqve pondere & menſurâ examinavit univerſa, numerata enim ſunt ei

Digitized by Google

etiam ſtillicidia pluviarum, ſicut in libro Job legimus, ſciens vel rerum facilè defectum fore, vel ſolutionem univerſitatis, ſi alterum exuperaretur ab altero. Itaqve utriusqve temperavit diſpendia, ut neqve plus ignis excoqveret, neqve exuberaret aqva, ſed imminutio fieret utriusqve moderata, qvæ & ſuperfluum detraheret, & neceſſarium reſervaret. Hæc Ambroſius; *Certum eſt*, ait Kircherus l. 2. c. XI. mund. ſubterr. *Si ſolum humidum elementum terræ dominaretur terrenum corpus periturum humoris copiâ oppresſum. Certum qvoqve eſt, ſi ſolum igneum elementum terræ concluſum ſuam exerceret poteſtatem, omnia in vaſtitatem redactum iri. Qvæ cum natura rerum cognoſceret, aqveum igneo elemento ipſa aptè connexuit, ut amicis conjugii legibus devincta unum ſine altero operationes ſuas inſtituere non poſſit.* Et in prooemio l. 4. *qvemadmodum Divina potentiæ altitudo in mundô cæleſti duo conſtituit luminaria, Solem & Lunam, qvorum illum ignea ſubſtantia, hanc aqvea eſſe voluit, eo fine, ut Solis ardores humidô Lunæ effluviô temperarentur, humiditas nimia Lunæ exceſſivâ ignei Solis ſiccitate cohiberetur, atq; hôc pactô genuina rerum omnium in ſuperficie terræ generabiliũ principia eſſe poſſint. Qvæ naturæ adminicula adeò neceſſaria fuerunt, ut alterutrô deficiente mundus conſervari non potuerit. Qvamvis verò hæc tùm aqveum maris elementum, tùm terreni corporis molem ſuperficialem potenter ad generationes rerum*

Digitized by Google

rum ſolicitent, fieri tamen non potuit, ut ad intĩmum terreſtrium viſcerum meditullium virtute ſuâ influxivâ pertingerent, cùm ſphæram habeant activitatis ſuæ determinatam & limitibus ſuis definitam. Hinc ne terreni globi promuſcondus interior frigoris inclementiâ obrigeſceret, & ad interiores naturæ actiones in mineralium metallorumq; generationes inutilis foret, ſummô Divinæ Sapientiæ conſiliô factum eſt, ut ignis unà cum aqvâ in eo conſtituerentur, qvæ eſſent velut Sol qvidam ſubterraneus & Luna ſubterranea. Et c. 3. l. 4. *qvomodo aqva ſine igne aut hic ſine aqvâ conſiſteret? Certè ſine igne omnia perpetuô gelu damnata in apertam naturæ perniciem jam dudum ab omni generabilium rerum propagatione ceſſâſſent, ſine aqvâ verò omnia jam dudum innumerarum æſtuariorum ſubterreſtrium incendiis conſumta univerſam qvoq; Geocoſmi fabricam in cineres & favillas induxiſſent.* Et in fine capitis præcedentis hoc ignium & aqvarum commercium usqve ad illum diem duraturum putat, cùm ruptis ferocientis naturæ frenis & apertis ignium ſubterraneorum cataractis Divinæ potentiæ imperiô non tellus tantùm, ſed & elementa calore ſolventur cum totius mundi ruinâ & interitu, non ſecus ac in univerſali cataclyſmô cataractis cœli apertis abyſſorumq; barathris mundus aqvarum inundatione periit.

§. 25. Ego cur Kircheri ſententiæ non adhæream, ut innumeras ardentium flammarum offi-

cinas per univerſas terræ partes à mundi prin-
cipiô diſtributas ſtatuam, jam ſuperiùs in ſe-
ction. 2. inſinuatum eſt. Magis igitur exiſti-
mo, calores & veluti ſemina qvædam ignis
per univerſum terræ corpus eſſe divisa, qvæ ta-
men in flammas abire facilè poſſint, &, ſi locus
ita ſit diſpoſitus, longum per ævum conſervari:
eô nimirum modò, qvo montium ignes & ge-
nerari & conſervari jam in ſeqventibus capiti-
bus demonſtrabimus.

CAP. III.

DE CAUSA EFFI-CIENTE PROXIMA.

Summarium:

Varii modi & caſus, qvibus ignis ſub terrâ gene-rari poteſt. Montium incendia efficiunt hali-tus ſulfurei ac bituminoſi vi caloris hypogæi tan-qvam Solis alicujus ſubterranei è ſulfure ac bi-tumine continuò prodeuntes ac in ignem facilè mutabiles, non ſecus ac humidi vapores in a-qvam. Simile à fulmineis ignibus deſumtum. Pyrium pulverem flammam haud difficulter con-cipere, ejusqve materiam ſub terrâ copiosè con-tineri.

§. I.

AC varios qvidem eſſe modos, qvibus ignis poſſit in interioribus terræ partibus accendi, non eſt dubium. Nam initiò, ſicut ex nitrô, bi-

tumine

Digitized by Google

[..]ine, ſulfure, chalcanthô, calce vivâ ſimili[..]
[..]qve materiis tales arte miſturas fieri conſtat,
[..]s leviter aſperſus humor in flammas cogat:
[..]ihil impedit, qvò minùs talis mineralium
[..]miſtio ſub terræ penetralibus contingat, &
[..]ab ipſis aqvis accendatur.

[..] 2. Porrò cum exprimantur è colliſis cum [ch]alybe ſilicibus ſcintillæ, qvæ, cum ſubſtratum [fom]item corripiant, ſuccendendis ignibus in[ser]viunt, haud abſurdè forſan aliqvis ſtatueret, [t]um ſub terrâ flammas è colliſis ventorum vi [la]pidibus generari poſſe, correptôqve fomite [nu]triendis ignibus idoneô prolatari. Poſſet ad[de] conflagratio ex reflexione radiorum Solari[um] & antiperiſtaſi vel ictu etiam fulmineô, qvi[bu]s non planè nihil videtur adſcribendum, tam[et]ſi non omnia.

§. 3. Qvid? qvòd etiam caſus hominumqve [..] imprudentia vel petulantia montes aliqvan[do] ſuccendit. Subjectis Ariciæ arvis, ut Autor [..] Plinius l. 2. nat. hiſt. c. 107. ſi carbo incide[ri]t, ardere terra conſvevit: idem in montibus [..] ſulfure vel bitumine fœcundis nihil prohi[be]t. Qvid contigerit ad montem Zibium, ad[mo]tis imprudenter ad fodinas lychnis, audivi[m]us ex Cluverii Italiâ antiqvâ jam ſupra ſect. 2.

[§.] 4. Nec diſſimile qvid contigit in monte Car[..]num prope Cygneam, cùm venatorum aliqvis [bo]mbardam in fodinas exploſiſſet, ut Schmidi-

 us

Digitized by Google

ut in animalium urbis Cygneæ poſteriore parte repulit.

§. 4. Utut autem iſtis modis montis alicujus incendium excitari poſſit, freqventius tamen ac ut plurimum à ſulfureis ac bituminoſis halitibus ea contingere non eſt inficiandum. Scilicet qvemadmodum Sol in exteriore terræ ſuperficie, ſic ignis ſubterraneus per omnes terræ venas diffuſus non aqvam modò, verùm etiam alia corpora calore ſuô reſolvit, & ex illis velut effluvia qvædam elicit, qvæ dum ſubinde moventur, & accumulatiora facta variè inter ſe commiſcentur, ſenſim magis magisqve caleſiunt, &, præſertim cùm antiperiſtaſis qvædam circumſtanciis frigoris accedit, qvæ calorem concentrat, concentrandoqve magis intendit, haud difficulter inflammantur.

§. 5. Ac imprimis qvidem ex ſulfure, bitumine, ſimilibusqve corporibus igni fovendo idoneis continuò qvosdam igneos halitus excerni vel ex eo conſtat, qvòd ſulfur propterea non poſſit in ſubterraneis cuniculis effodi, ſed ſolùm ex mineris, qvæ ſub diô ſunt, & qvòd tota regio circa lacum Aſphaltiten ſimiliaqve loca bituminoſa non aliam ob cauſam inhabitabilia credantur. Qvemadmodum autem humidi vapores vi caloris elevati, cùm in frigidiorem qvendam locum incidunt, in aqvam facilè tranſeunt; ita ſiccarum & calidarum exhalationum, cum ad locum

cum aptè diſpoſitum perveniunt, haud difficilis eſt in flammas tranſitus.

§. 6. Conſideremus modò fulminis in aëre generationem inſtituto noſtro dubio procul admodum inſervientem, qvæ juxta receptam Philoſophorum opinionem hôc ferè modô contingit. Calore partim cœleſti, partim ſubterraneò reſolutus è terrâ vapor exhalat, qvi elevatus in mediam aëris regionem, ibiqve à frigore illius regionis conſtrictus & addenſatus magnas nubium moles contexit. Qvod ſi contingit, ut unà cum vapore varia corpuſcula igni gignendò apta, ut ſunt ſulfurea, nitroſa, bituminoſa, chalcanthina, & ſimilia eleventur, & ibi claudantur intra medium nubis, evenit, ut, dum corpus nubis egredi moliuntur, ob varias ac multiplices reſilitiones vehementer contorqveantur ac circumvolvantur. Ex qvâ agitatione ſulfur ſenſim magis magisqve caleſit, & halinitrum, dum ſulfurea effluvia prætervadens calorem ſentit, ſuâ diſſlatione calorem magis magisqve intendit, donec tandem calore intenſiſſimô redditô concipitur flam̃a, qvæ incruſtationem nubium, qva debilior fuerit, perrumpit, & perniciſſimè exiliens evadit fulmen: eadem utiqve ratione incendia ſubterranea contingere probabile eſt, nimirum dum halitus intra terræ cavernas concluſus eo, qvo dictum eſt, modô incaleſcit, concipitqve flammam, & in ipsô inflammationis niſu clauſtrum effringit, & aëris

Digitized by Google

libertatem nactus flammas dilatat, qvousqve combuſtibilis materia ſuperfuerit.

§. 7. Atq; ſic etiam optimè ratio dari poteſt tonitruum & horrendorum mugituum, qvi montium incendia comitantur. Sed de tonitribus iſtis ſuô locô deinceps agam. Nunc illud modò libet addere, qvemadmodum fulminans ex metallô pulvis, qvi ex ſulfure halinitrô & carbonibus plerunqve conficitur, ignem facilè concipit, adeò ut ignis admotione non ſemper egeat, ſed qvandoqve mediocris calor Solis, fimi, vel animalis ei ſuccendendo ſufficiat, qvod aliqvi non ſine vitæ diſpendiô comperti ſunt, qvi ſecum illum geſtantes ſuomet ipſorum calore ſuccenderunt: ita qvoqve ſub terrâ, qvæ ſulfur halinitrum & ſimiles materias copioſè continet, poſſe ſuccenſiones hujusmodi non difficulter excitari. Qvæ verò ſit combuſtibilis illa materia, qvæ conceptum in terræ cavernis ignem alit & conſervat, in ſeqventi capite videbimus.

CAP. IV.

DE MATERIA INCENDIORUM.

Summarium:

Materia ſubterraneorum incendiorum non eſt lapis qvidam molaris, ut vult Autor Ætnæ, ſed ſulfur & bitumen. Sulfur apud Veteres ſacrum & religioſum. Ejus cum fulmine cognatio. Modus

Digitized by Google

Modus generationis. Bitumen quid ſit, ejus varia ſpecies. Baccius & Fallopius pro ſulfure magis pugnant. Agricola & Libavius pro bitumine. Nulla materia ſulfure & bitumine inflammabilior. Pyrii pulveris confectio. Lucerna ſubterraneæ perpetuò ardentes quâ ratione adornatæ fuerint. Exempla quædam & quid earum de veritate ſentiendum. Naphtha ſingularis vis, quam ſenſerunt Creuſa, Hercules, & Alexandri puer. De liqvore, quo Sacerdotes Hebræorum ex captivitate reduces ligna & victimas ſuccenderunt. Ignis perpetuus variarum gentium. Naphtha oblectamentis inſervit. Sulfur & bitumen, magis tamen bitumen, affusâ mediocriter aqvâ irritantur magis, qvàm extingvuntur. Unde varius ejus uſus in bellis ac prœliis, præcipuè navalibus. Cauſa, cur ardens bitumen aqvis affuſis non extingvatur. Sulfur & bitumen, cùm ſemel conflagrarunt, iterum ardent. Ubiq; ſe produnt, ubi ignes erumpunt.

§. I.

AC Autor Ætnæ qvidem in eo prolixus eſt, ut oſtendat, in certô qvodam lapidum genere (qvos molares vocat) tenacem ſubterraneorum ignium cuſtodiam & perpetuum alimentum qværendum. Sic enim inter alia:

> Qvin etiam variè qvædam ſine nomine ſaxa
> Toto monte liqvant, illis cuſtodia flammæ
> Vera tenaxq; data eſt, ſed maxima qvippe molaris

Illius

Illius incenſi lapidis ſibi vindicat Ætnam.
Qvem ſi fortè manu teneas & robore cernas,
Nec ſervare putes ignem nec ſpargere poſſe.
Sed ſimul ac ferrô qværas, reſpondet, & ictu
Scintillat calor, hunc multis circundare flammis
Et potes extorqvere animos.

Et paulò pòſt:

Cætera materies, qvæcunqve eſt fertilis ignis,
Ut ſemel accenſa eſt, moritur, nec reſtat in illâ
Qvod repetas, tantùm cinis & ſine ſemine terra eſt.
Hic ſemel atqve iterum patiens ac mille perhauſtis
Ignibus inſtaurat vires, nec deſinit ante,
Qvàm levis excoctô defecit robore pumex
In cinerem putresqve jacet dilapſus arenas.

Sed eô nos omiſſô ſulfur potiùs ac bitumen ſubterraneorum incendiorum materiam conſtituimus ob rationes, qvas deinceps adducam.

§. 2. Sulfur ſacram qvandam ac Divinam rem Veteribus habitam fuiſſe vel ex eo conſtat, qvòd apud Græcos nomen cum rebus Divinis commune poſſidet, & θεῖον dicitur. Unde Ariſtoteles ſect. 24. problem. ult. ad qvæſtionem: cur balnea ſacra ſint? reſpondet, qvod à rebus ſacerrimis fiant ſulfure & fulmine. Sanè ſi Plinio credimus l. 35. c. 15. etiam in religionibus locum habebat ad expiandas ſuffitu domos, & ſecundum Alexandrum ab Alexandro l. 5. c. 27. genial. dier. in luſtrationibus tanqvam aliqvod religioſum adbibebatur. Nec etiam qvi navigabant, priùs è portu ſolvebant, qvàm ſulfur ſuccendiſſent, nec nuptias ſine ſulfure celebrabant, nec aliter ab incantationibus & periculis immunes

Digitized by Google

es ſacra credebant. Inprimis autem ſulfur opinionem ſacræ cujusdam rei habebat ob magnam cum fulmine cognationem. Qvam rationem inſinuat Plutarchus l. 4. Sympoſ. qv. 2. ubi ſulfur ideò ſacrum nominatum putat, qvòd ſimilitudinem qvandam odoris ignei & acris, qvalis eſt in tactis à fulmine corporibus, habeat. Qvocunqve enim fulmen decidit, ibi ſulfureum odorem eſſe ſcribit Seneca l. 2. nat. qvæſt. c. 31. Et ob eandem cauſam Perſius ſat. 2. fulmen ſulfur ſacrum appellat cum ait;

—— —— qvia cùm tonat ocyùs ilex
Sulfure diſcutitur ſacrô, qvàm tuqve domusqve.

§. 3. Eſt autem ſulfur pingvedo terræ per temperatam concoctionem inſpiſſata, qvousq; ſit indurata. Modum generationis Baccius l. 4. de therm. c. 2. ita deſcribit, qvòd, cùm aqvæ ſalſæ & marinæ unctuoſas ſui partes tanqvam à naturâ aqvæ alienas ſpumante motu per terræ cavernas expellunt, illæ calore ſubterraneô excoctæ in glebis ſulfureis ac lapidum ſciſſuris concreſcant, & in naturam inflammabilem perficiantur. Cujus rei indicium eſſe dicit: qvòd loca ardentia plerunqve mare habeant circumfluum, eaqve minùs ardeant, qvæ maris alliſum minùs ſentiunt. Plura de ſulfure videantur apud Agricolam, Cæſalpinum & alios rerum metallicarum & mineralium Scriptores, qvibus addi poteſt Rollfinckii diſſertatio chymica 2. de ſulfure.

§. 4. Bi-

§. 4. Bitumen autem Græcis ἄσφαλτος nihil aliud eſt, qvàm corpus minerale ex pingvedine radicali ſuccisqve ſubterraneis conflatum igneæ naturæ maximè particeps. Ita deſcribit Libavius parte 3. ſingularium lib. 1. c. 1. ubi copioſè & ex profeſſo de bitumine omnibusqve ejus ſpeciebus agit. Eſtqve ſulfuri bitumen ita affine, ut bitumen ſulfur liqvidum, ſulfur autem bitumen fixum ac coagulatum videri poſſit, ut habet Kircherus l. 9. mund. ſubterr. c. 5. ubi unum idemqve bitumen pro diverſis aqvis, glebis, lapidibus ac ſuccis, qvibus increſcit, varia nomina varios colores, diverſasqve vires ſortiri demonſtrat. De qvibus prolixè jam agere, noſtrâ jam nihil attinet.

§. 5. Magnam autē hîc aliqvi controverſiam movent, cùm de ſubterraneorum incendiorum alimento ſeu materiâ tractatur, ſulfurine an bitumini potiores deferendæ ſint partes? Nam Baccius & Fallopins qvidem pro ſulfure magis pugnant, cum plerisqve in locis thermas aut ignes emittentibus fodinæ qvædam ſulfuris deprehendantur, & odor qvoqve ſulfureus aſtipuletur. Libavius autem l. c. cap. 14. thermas, & incendia montium aliarumqve plagarum nec non ipſius maris bitumini potiùs cum Agricolâ refert accepta. Licet enim haud neget, ſulfur alicubi ſimul adeſſe vel etiam prævalere poſſe, videndum tamen eſſe judicat, ne olfactus in ſulfuris halitibus judicandis decipiatur

tur

Digitized by Google

tur, cum bituminoſus nidor facilè poſſit pro ſulfureô haberi, & qvæ ſunt cætera, qvæ pro ſuâ ſententiâ contra Baccium & Fallopium adducit. In qva controverſiâ ſi dicere debeo qvid ſentiam, neqve ſulfuri neqve bitumini primatum aliqvem hîc deferendum putem, ſed utrumqve potiùs conjungendum, & unum æqvè atqve aliud pro ſubterraneorum ignium fomite ſeu pabulô tenendum.

§. 6. Cur autem ſulfur & bitumen maximè ſubterraneorum incendiorum materiam faciamus, cauſæ ſunt ſeqventes. Prima, qvòd humana infirmitas nullam aliam novit materiam, qvæ concipiendis ac fovendis ignibus magis ſit idonea. Certè non aliam ob cauſam dicta mineralia non in conficiendô ſolùm pulvere pyriô verùm etiam cæteris ignibus artificialibus tantum non omnibus adhibentur. Nec aliâ materiâ lucernas Ægyptiorum, qvæ perpetuos ignes foviſſe dicuntur, arſiſſe veriſimile videtur, cum ex Autore qvodam Arabe conſtet, qvem Kircherus allegat l. 8. c. 1. fuiſſe campum in Ægyptô, in eoqvè foſſas picis & liqvidi bituminis plenas, ex iisqve canales qvosdam ad cryptas ſubterraneas ac poſitas inibi lucernas ex filô asbeſtinô ſeu incombuſtibili conſtantes fuiſſe derivatos.

§. 7. Ac fateor qvidem, vix eſſe mihi perſvaſum, veritati congruere, qvæ de ſubterraneis lucernis à variis paſſim autoribus afferuntur, ut de

lucer-

Digitized by Google

lucernâ Tulliolæ, qvam Pauli III. Pontificis temporibus adhuc ardentem inventam, ſed ad primum aëris afflatum extinctam aliqvi ſcribunt, item de lucernâ Olibii, Pallantis & aliorum, de qvibus Fortunius Licetus in librô de veterum lucernis pluribus agit. Sum enim magis in ſententiâ Kenelmi Digbæi Eqvitis Britanni in demonſtrat. immortalit. anim. rational. tract. 1. c. 7. n. 9. ſtatuentis, teſtes à qvorum fide lampadum iſtarum hiſtoria pendeat, tales eſſe, à qvibus ſtrictam & exqviſitam ejusmodi in obſervandô diligentiam, qvalem hæc materia poſtulat, prudens rerum æſtimator minimè expectaverit. Eſſe enim pleroſqve ex rudi hominum genere manuum labore victitantium, qvi cùm aliam ob cauſam terram effoderint, & in lampades iſtas inciderint, neſcio qvo fulgore oculos ſibi perſtringi putaverint, cùm fortè aliud qvippiam haud fuerit, qvàm ſplendor qvidam ex vitri fictilisve vitrô illiti fragminibus emicans, ut alias rationes jam prætercam, ob qvas veluti ſplendor qvidam foſſorum oculos deludere facilè potuerit. Nihilominus tamen id haud eſt temerè negandum, ſi qva vena præſtò ſit, è qvâ bitumen aut ſimilis inflammabilis liqvor velut ex naturali matrice perpetuò ſcuturiat, ac ad locum derivari posſit, in qvo ellychnium ex asbeſtinô linô confectum contineatur, lucernam ejusmodi continuô bituminis affluxu per longa temporis ſpatia conſervatum iri. Sed hæc obiter.

§. 8.

§. 8. Cogitemus præterea Naphtham, quæ ſecundùm Dioſcor. idem l. 1. c. 85. nihil aliud eſt, qvàm bituminis colamen qvoddam; & cui tantam eſſe cum ignibus familiaritatem Strabo l. 16. & Plinius l. 2. nat. hiſt. c. 105. retulerunt, ut in ipſam flammæ tranſiliant undecunqve, viſam. Libavius l. 2. de bituminibus c. 5. ejus ardorem his verbis exprimit: *Qvanqvam omne bitumen corripere flammas ſoleat, & incendi, naphtha tamen propter puritatem ſubſtantiæ & ſpirituoſam naturam igni maximè affinem nec minus pingvem id præſtat facillimè, adeò ut, qvæ ſinceriſſima eſt, ea etiam ex intervallo ſolo calore tangente inflammetur. Qvæcirca, tùm Solis radiis incenditur, tùm ignium præſentiâ & antiperiſtaſi, & aliis modis, qvibus propagari colligiqve calor poteſt, ad qvam rem in ſubterraneis non parùm conferunt vaporaria, putredines, attritiones, commiſtiones eorum, qvæ mutuò concurſu fervent, & foris urgens mare ſeu ventus. Qvæ propiùs ad Petroleum accedit, minusq; eſt ſpirituoſa, ei admovenda fax propius eſt.*

§. 9. Eamqve Naphthæ vim Creuſa ſenſit Creontis Corinthiorum Regis filia Jaſonis pellex. Cùm enim veſtem, qvam Medea diſſimulatâ vindictæ cupiditate dono dederat, induiſſet & ad aras ſacrorum cauſa propius acceſſiſſet, veſtis protinus incaluit flammâqve conceptâ & ipſam & totam regiam cremavit. Unde Naphtham aliqvi Medeæ pharmacum appellant, ut

qvâ coronam & peplum Creuſæ tinxerit, eamq; ſic combuſſerit igni appropinqvantem. Videatur Plinius locô, qvem modò citavimus. Aut fallor aut etiam Neſſæus iſte ſangvis, qvo delibutum Herculem in Oetâ conflagrâſſe Poëtæ fingunt, Naphtha fuit. Eam conflagrationem Ovidius l. 9. Metamorph. fab. 3. his verſibus repræſentat:

> —— —— capit inſcius Heros
> Induiturqve humeris Lernææ virus Echidnæ,
> Thura dabat primis & verba precantia flammis,
> Vinaqve marmoreas paterâ fundebat in aras,
> Incaluit vis illa mali, reſolutaqve flammis
> Herculeos abiit latè diffuſa per artus.
> Nec mora lethiferam conatur ſcindere veſtem,
> Qvà trahitur, trahit illa cutem, fœdumq; relatu
> Aut hæret membris fruſtra tentata revelli,
> Aut laceros artus & grandia detegit oſſa.
> Ipſe cruor, gelidô ceu qvondam lamina candens
> Tincta lacu, ſtridet, coqviturqve ardente venenô.
> Nec modus eſt, ſorbent avidæ præcordia flammæ
> Cœruleusqve fluit toto de corpore ſudor,
> Ambuſtiqve ſonant nervi.

Videatur etiam Seneca in Hercule Oetæo.

§. 10. De cæterô Naphthæ meminit etiam Plutarchus in vitâ Alexandri Magni, cujus ſingularem ardendi vim ut Regi barbari demonſtrarent, angiportum, qvi ad Regis diverſorium ducebat, paucis naphthæ guttis inungebant, & in extremô ſtantes facem imbutis naphthâ particulis admovebant. Qvô factô ſubitô omnia flamma corripuit, ut totus angiportus continu-

us

us ignis videretur. Eundem ardorem postea & Alexandri puer in balneô expertus eſt, cujus corpus, cum naphthâ inunxiſſent, admotô igne magnam flammam edidit. Alexandrô non parùm ſolicitô. Qvod niſi commodè multi adfuiſſent, qvi lavaceri causâ multa vaſa aqvis plena tenebant, nullum profectò remedium depaſcentes corpus ignes inhibere potuiſſet. Qvam hiſtoriam præter Plutarchum recenſet etiam Strabo l. 16.

§. 11. Nec hîc præterire poſſum opinionem Langii l. 2. epiſt. Medicinal. 52. & Libavii l. 2. de bitum. c. 5. qvi craſſos illos liqvores, qvos ignis locô à proavis ſuis abſconditi Judæorum Sacerdotes è captivitate reduces reperiebant, & qvibus unctæ victimæ & ligna à Sole ſuccendebantur, ut in Maccabæorum hiſtoriâ l. 2. c. 1. conſignatum eſt, naphtham fuiſſe conjiciunt. Et addit Langius, Platonem ignem appellâſſe ſuccum edoctum id forſan ab Hebræis in Ægyptô, cùm & mos ſervandi perpetui in templorum adytis ignis ab Ægyptiis ad Græcos & Romanos indeqve ad alias gentes emanârit. Qvâ de re videatur Lipſii de Veſtâ & Veſtalibus Syntagma c. 15. Libavius autem addit, egregiè naphtham variis oblectamentis inſervire, ſi qvis noctu velit ſpecies ſcintillantium pluviarum & ignei fluminis exhibere, vel totum conclave repentinis opplere flammis.

§. 12. Secunda ratio, cur ſulfur & bitumen

Digitized by Google

ſubterraneorum incendiorum materiam etiam conſtituimus, eſt, qvòd illæ materiæ affuſâ mediocriter aqvâ tantum abeſt ut extingvantur, ut potiùs irritentur. Locum enim hîc habet illud Senecæ in Medeâ:

Alit unda flammas, qvòqve prohibetur magis,
Magis ardet ignis, ipſa præſidia occupat.

Ac de ſulfure qvidem id affirmat Livius dec. 4. l. 9. *matronas*, inqvit, *Baccharum habitu crinibus paſſis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demiſſasqve in aqvam faces, qvia vivum ſulfur cum calce inſit, integrâ efferre flammâ.*

§. 13. Imprimis tamen id bitumini competit, eoqve major eſt ejus uſus in expugnationibus & defenſionibus murorum, caſtrorum & claſſium, qvanqvam ſulfur hîc non excludi debet. Norant id Peloponnenſes illorumqve Dux Archidamus in obſidione Platæanâ. Foſſas enim muris vicinas variæ materiæ faſcibus complebant, injectoqve igne, ſulfure & bitumine accendebant. Unde ſi Thucydidi credimus l. 2. bell. Pelop. tantum flammarum excitatum eſt, qvantum nemo unqvam ante tempus illud conſpexit. Certè ſi bitumen & imprimis naphtha ſyphonibus in habitacula, caſtra, naves, vela, veſtes hoſtium ſpargatur, unâ deinde face tota caſtra totæqve claſſes comburi poſſunt, qvùm illa incendia ab ipſis aqvis fomentum accipiant. Eâdem de cauſâ commodè illius ope pontes deſtruuntur. Sic ſi naphthâ macerentur filamen

R t

ta & funiculi ſtuppei, ignes currentes in momentô per humida loca deferri poſſunt. Unde ex oleô incendiariô, ſtuppâ, ſulfure & bitumine ſagittas ardentes conficere docet Vegetius de re militari l. 4. c. 18. qvæ cum hoſticarum navium alveis infiguntur, inunctasqve cerâ, pice & reſinâ tabulas corripiunt, incendium efficiunt non facilè extingvendum.

§. 14. Talium tædarum meminit Lucanus l. 3. Pharſalicor:

— — — pinguibus ignis
Affixus tædis & tectô ſulfure vivax
Spargitur. At faciles præbent alimenta carinæ,
Nunc pice, nunc liqvidâ rapuere incendia cerâ
Nec flammam ſuperant undæ.

Et alibi l. nempè 10:

— — — piceô jubet ungvine tinctas
Lampadas immitti junctis in vela catenis,
Nec piger ignis eras, per ſtuppea vincula perqve
Manantes cerâ tabulas, & tempore eodem.
Tranſtraq; nautarum & ſummi exarſere ceruchi.

Sic & apud Silium l. 9.

Spargere flagrantes contra bellantia monſtra
Dardanius Victor tædas jubet, & facis atræ
Qvos fera circumfert compleri ſulfure muros.
Nec juſſis mora, collectis fumantia lucent
Terga elephantorum flammis.

Deſcribit etiam Marcellinus oleum qvoddam naphthicum, qvo Perſæ tela ſua illinere ſoliti fuerint, qvibus accenſis & laxiore arcu emiſſis hoſtium domos facili negotiô cremare potuerint, & addit, incendia iſta nullô aliô remediô,

 qvàm

qvàm pulveris jactu conſopiri potuiſſe. Similes ad uſus conficiebatur ignis Græcus, cujus conficiendi rationem videſis apud *Baptiſtam Portam* & alios.

§. 15. Unde qvòd ipſum mare non in Siciliâ modò circa Æolias, ſed aliis etiam in regionibus, ut in ſectione primâ notavimus, nonnunqvam arſit, qvòd ignis montis Chimæræ aqvâ accenditur, fœnô extingvitur, qvòd Hephæſtiorum montium ignis pluviis alitur, qvòd Nymphæi crater augetur imbribus, qvòd Heclæus ignis aqvam conſumit, ſtuppam non comburit, ſi fides Agricolæ habenda, qvòd incendium in Ubiorum agrô Cl. Nerone Val. Meſſalâ Cos. exortum nullis aqvis ac imbribus extingvi poterat, donec agreſtes qvidam ſaxis fuſtibus ac veſtimentis flammarum vim opprimerent, de qvibus omnibus in ſect. 1. actum fuit, id omne bitumini meritò tribuitur, cùmqve ejus & ſimilium corporum in Ætnâ non minùs ac cæteris ignivomis montibus magna copia contineatur, non eſt, qvòd apud Senecam in Thyeſt. act. 3.

ferus Cyclops metuat parentem
Rupe ferventis reſidens in Ætnæ,
Ne ſuperfuſis violetur undis
Ignis Ætnæis reſonans caminis.

§. 16. Cauſam autem, cur bitumen ardens aqvis non extingvatur, ſecus autem contingat, cum res aridæ ſuperingeruntur, aut oleum affunditur,

dicitur, his verbis Libavius exponit l. 1. de bitum. c. 10: *omni bitumini inflammabili tribuitur affectio tanquam peculiaris, quod, poſtquam ferventa flammâ immenſum ardet rapidè, effuſâ aquâ non ſpiſſâ conferciâque majorem concipiat ignem, magiſque inflammetur, oleô verò, ſtipulis, pannis, arenâ, cineribus &c. ſuffocetur extinguaturque. Cauſa conjicitur in familiaritatem cum igne, & ſubſtantiæ cùm pertinacem cohæſionem, tùm ſtipationem. Cùm enim ignem alat foveatque vel in aquis mediis, non facilè affuſis opprimetur. Vin cauſam tùm hujus, tùm illius paſſionis? Cogita non tantùm familiarem naturam habere cum igne, ſed & ſpirituoſam tenacemque nec facilè rumpi ſolitam. Cùm itaque percaluit, (hoc enim fieri neceſſe eſt, ut non in ſummo duntaxat, ſed penitùs igneum evaſerit) ſuperficiès perfuſa aquis non admittit eas in intimas, ſed ſpiritus nitroſus & oleoſus coactus in anguſtum potiùs augeſcit fervore unicatque inflammatior, & diſrumpit corium cum ſtrepitu, & disjectis diſſipatiſque undique partibus etiam aſſumtâ in ſocietatem ſubſtantiâ validiorem vim exercet. Contrà ſe habet in rebus ſiccis & oleô. Nam quædam involvuntur, quædam gravitate terræ irrumpunt, flatumque miſcent fundamentum, atque etiam minimas flammarum latebras occupant, nec ſinunt ſpiritum uniri, ſed potiùs factâ viâ emittunt. Oleum irrepit, & in fundo halitum invadit tranſmittitque, aut jugulat vel in ſe recipit. Panni comprimunt & ſtrangulant citra repugnantiam &c.* Breviùs Sennert-

Digitized by Google

ius l. 1. c. 3. [illegible]: *bituminoſa ejuſmodi, poſtquam flammam conceperint, non ſolùm in fumo, ut ligna & alia, ſed in tota penitus flammam admittunt atque igne devorantur. Hinc accidit, ut, licèt ſuperficies exterior aquâ perfundatur, intima tamen pars & ipſa flagrans aquam non admittat; ſed potiùs in ſe ſe collecta incendatur, aquamque contrariam diſſipet & magis urat.* Videatur etiam Cardanus l. 2. de ſubtilitate, Caeſalpinus de metallis c. 31. & alii.

§. 27. Tertia ratio pro ſulfure & bitumine eſt, qvia illa mineralia, poſtqvam conflagrarunt, iterum ardent. Qvod de lithanthracibus Galliae Belgicae Levinus Lemnius lib. 1. de occult. natur. mirac. c. 27. aſſerit, *in ea parte Galliae Belgicae,* inqvit, *qvam Eburones Menapii & Sicambri occupant, paſſim ejuſmodi carbones lapidei effodiuntur bituminis indurati naturâ, qui ſemel atque iterum extincti poſtliminiò ardent.* Unde fit, ut, cùm tot vicibus tanta variarum rerum copia è montibus ignivomis eructetur, qua totas urbes inſulas portus parteſqve & tractus terrarum & marium non exiguos obrutos & oppletos legimus, ſemper tamen iterum materia ſuppetat, qvam ejiciant, ac altitudini montium parùm decedere videatur, nec enim peredit impoſitam celer ignis Ætnam, ut canit Horatius l. 3. od. 4. Qvâ de re infra erit pluribus dicendi locus.

§. 28. Qvarta deniqve ratio eſt, qvòd nus-

qvam

Digitized by Google

qvam ignes erumpant, vel aliàs qvidam ſenſibilis calor ſe prodat, ubi non aut utrumqve vigeat, aut alterutrum ſaltem dominetur. Sulfur ſanè magnâ copiâ naſci in Inſulis Æoliis ardentibus & cum Ætnâ communicantibus, nec non in Neapolitanô omniqve Campanô agrô, ubi Veſuvius eſt aliiqve montes ardentes, teſtis eſt Plinius l. 35. nat. hiſt. c. 15. Qvodqve Plinius de Æoliis univerſim prodit, id ſeorſim de Lipara Dioſcorides l. 5. c. 79. Sic & Juſtinus l. 4. c. 1 totam Siciliam, in qvâ eſt Ætna, ſulfure & bitumine ſtratam agnoſcit. Sic & prope Heclam in Islandiâ multas eſſe ſulfuris fodinas, & hoc unicum eſſe propè incolarum mercimonium & vectigal, Münſterus in Coſmographiâ ſuâ annotavit. Idem eſto judicium de reliqvis. Anteqvam autem ad alia acceſſum faciam, illud adhuc monere velim, qvòd, cùm ſulfur & bitumen incendiorum ſubterraneorum materiam facio, alia terreſtria corpora non excludam, aut purum ac putum ſulfur ac bitumen in montibus ardere ſtatuam. Lubens enim concedo, alias qvoqve materias pabulum igni ſuppeditare poſſe, ſed eas tamen ſulfure ac bitumine ex aliqvâ parte imbutas.

CAP. V.

DE CAUSIS EXCITANTIBUS ET INSTIMULANTIBUS.

Summarium.

Montium ignes à ventis ſtimulantur, qui cum aqvis marinis in terram pertrahuntur. Qvid Kircherus in fundo freti Siculi obſervaverit. Multi venti intra terram generantur. Obſervatio Strabonis. Cur certis ventis flantibus Ætna ſæviat. Ejus cum Charybdi conſpiratio.

§. 1.

NEc verò mediocriter ignes montium ſtimulantur à ventis, qvorum haud exiguus ſub terrâ numerus diverſatur. Nam primò oceanus conglomeratus undas per hydragogos canales intra ſubterraneos receſſus exonerat. Qvod in Ætna clarè patet, ut in capite ſeqventi videbimus. Hîc illud tantùm noto, qvòd aliqvando Kircherus, cum æſtum freti Siculi obſervaret, fundum ejus cribri inſtar foraminibus qvibusdã ac velut cuniculis perfoſſum animadverterit, qvibus per ſubterraneos occultosq; meatus in oceanum & alia maria vel etiam cavernoſos qvosdam montes deducatur.

§. 2. Cùm igitur oceanus arcanas ſubterreſtris mundi ditiones clandeſtinâ machinatione perrumpit, ventus ſimul & ſpiritus impingit, &, ut Epitomator Trogi loqvitur, in imum fundum trahit. Et præter hos ventos magna etiam ventorum copia intra terram ab ignibus ſubterraneis generatur, qvi non minùs ac illi langventes & ſemiſopitas flammas jugi afflatu inſtimulant, & ad ardua naturæ opera perfici-

enda

Digitized by Google

cendia ſolicitant. *Adde quod, ſunt verba* Langii vol. 2. ep. med. 52. *mare & occluſa terræ viſcera intercutaneis turgere ventis, id quod nautæ norunt, & terræmotus, chaſmata telluris ſive hiatus & voragines indicant, quorum flatu tanquam folle aut ventilabrô excitari ignem nemo fabrorum adeò rudis eſt, qui neget.*

§. 3. Ac à ventis qvidem incendia montium excitari longiusqve prolatari agnoſcit etiam Strabo, qvi l. 6. fatetur, obſervationem fidem feciſſe, exſpirationes flammarum cùm alibi tùm in Ætnâ à ventis exaſperari, iisqve deſinentibus ceſſare. Atqve ex his conſtare poteſt, cur potiſſimùm Eurô vel Africô flante vel etiam Boreâ (hunc enim pro Africo ſubſtituit in Siciliæ chorographiâ Aretius) Ætnæa incendia ſæviant. His enim flatibus plus qvàm cæteris patet. Conſtat enim ex Iſidorô l. 13. orig. c. 8. Ætnam ex eâ parte, qva Eurus vel Africus flat, habere ſpeluncas ſulfuris plenas & usqve ad mare deductas, qvæ recipientes in ſe fluctus ventos creant, qvi agitatus ignem gignit. Unde fit, ut reliqvis ventis flantibus Ætna qvodammodo inducias habeat.

§. 4. Huc facit etiam obſervatio Jeſuitæ Kircheri l. 4. c. 8. mund. ſubt. annotantis, qvòd, qvoties inſolitô more tumultuetur Charybdis, unà qvoqve Ætna ſæviat, & receptis intra ſulfureos ſpecus flatibus vehementioribus materia combuſtibilia non ſecus ac fabrorum follibus agita-

gitata in ingentes flammarum globos erumpat. *Aliis*, inquit, *ventis flantibus, Ætna inducias quasdam ponere videtur, eò quòd orificia meatuum currentibus maris fluctibus ſint contrariâ ratione poſita & montibus vicinis impedita. Ad Euri verò, Africique flatus pro conſtitutione canalium modò flammas, interdum fumum, ſubinde favillas emittit. Nonnunquam verè auctô in ſe fomite incendiis mirè ſævit formidandô ignis ſulfuriſque profluviô, quod ex intimis æſtuariorum officinis ſubinde eructare ſolet cum ingenti devaſtationis pernicie ſubjectarumque villarum agrorum urbium animantiumque ruinâ. Cujus prodromi ſunt gemitus cavernarum ex interclusis ſpiritibus, maris fremitus terræ tremori junctus, quibus veluti natura exacerbata & vinculi impatiens ruptis carcerum repagulis quà data porta ruit, ac flumine ardenti non agros modò, quo ingenti volumine devolvitur, verùm etiam integras abſumit villas, vicina evertit oppida ac plena horroris ubique relinquens veſtigia & ſylvas rupeſque vorat, de quibus hiſtoriarum monumenta plena ſunt.* Hæc Kircherus.

CAP. VI.

DE CAUSIS CONSERVANTIBUS.

Summ.

Unde perpetuum ignibus montium nutrimentum ſuppetat. Sulfuris & bituminis continuam rege-

regenerationem hanc non ſufficere. Reſpondetur objectioni Fallopii. Pingues & unctuoſas maris partes fomentum flammis præſtare. Indicia, quod mare ſub montium cavernas penetret. Percepti ſubinde ruentium aquarum ſtrepitus in Ætnâ ac Veſuviô. Cur montes mari viciniores vehementiùs ardeant? Cur Ætnæ incendium præ cæteris per tanta temporis ſpacia duraverit. Ejus ad incendia commoda diſpoſitio. Cur montium ignes eructantium, cum ſua viſcera vomitu egerant, altitudini moliqve parum decedat. Naturam nunqvam otiari. Materiam ejectam in craterem ſæpè relabi novumqve ardendi fomitem concipere. Partum pie ſuper hac re meditationes.

§. I.

NOndum tamen omnium difficultatum ſublata ſunt momenta. Fac enim terram innumeris fiſtularum cavernarumqve ſemitis inſtructam, fac ſulfureis venis internotatam, fac hypogæis ignibus prægnantem, fac hypogæos ignes calida & ſicca elicere effluvia, fac illa, effluvia partim ob motum & rarefactionem partim ob colliſionem partim ob ἀντιπερίστασιν intra montium gurguſtia inflammari, fac illam flammam ſulfur, bitumen & ſimilem combuſtibilis materiæ fomitem corripere; cur verò Ætnæ, cur aliorum montium incendia tot ſeculis durant? Cum enim Vulcanus ſit gulo voraciſſimus breviſſimo tempore omnem materiam depopulans, por-

Digitized by Google

tantò ſimile eſt, tantum illi per tot ſecula ſuppetere fomentum ad tantum focum perpetuò exciтandum, ad tantam culinam calefaciendam. De Ætnæ naturâ ait Sabellicus enn. 1. l. 6. vulgò nota ſunt, qvæ à veteribus memoriæ ſunt prodita. Evomere illius verticem flammarum globos &, qvod omnium maximè mirum ſit, materiâ indeficiente, qvæ tot ſeculis par incendio fuerit.

§. 2. Eqvidem Pythagoras apud Ovidium l. 15. metamorph. Ætnæos ignes aliqvando ceſſaturos promittit:

> *Nec qvæ ſulfureis ardet fornacibus Ætna*
> *Ignea ſemper erit, nec enim fuit ignea ſemper.*

Nec rarò flammas ejus exunctas fuiſſe legimus, qvæ ſemper tamen ſuas recepêre vires. Qvod igitur eſt illud promtuarium, qvod totos mundos ſulfureos ac bituminoſos flammis per tot ſecula ardentibus ſubminiſtrat?

§. 3. Atqve primò qvidem hîc perpetua ſulfuris, bituminis ac ſimilis materiæ generatio prætendi poteſt. Certum enim eſt, ſulfur, qvod juxta Baccium l. 4. de thermis c. 2. in terræ cavernis velut in caminis fuligo ſubeunte fumô concreſcit, facillimè regenerari, nondum tamen ea regeneratio tollendæ difficultati ſufficere videtur. Dic enim mihi, ubi ſulfur regeneretur? an in eo ipſo locô, ubi ignis ardet, an in alio? Non prius. Qvis enim credat in uno locô ſimul & generari ſulfur & corrumpi. Si poſte-

Digitized by Google

poſterius, ignis, dum ſeqvitur ſuum pabulum, ſtatim locum mutabit, nec in Ætnâ diu permanebit.

§. 4. Reſpondet qvidem Fallopius, duobus modis ali flammam, uno, qvando flamma ſeqvitur materiam, ut in lignô, altero, cum materia ſeqvitur flammam, ut in lucernis. Dicit ergô ſulphur & bitumen ab ignibus eliqvata ſeqvi flammam. Qvòd etſi concedam, certa tamen aliqva diſtantia reqviritur, intra cujus terminos ſulfur & bitumen eliqvari poſſint. Si ergo illa materia intra illos terminos ab ignibus conſumta eſt, qvid tunc ſubminiſtrabit alimentum? Qvid ergo dicemus?

§. 5. Acurem tetigit Juſtinus, *nec enim*, inqvit, *in tam anguſtis terminis aliter durare tot ſeculis incendia potuiſſent, niſi humoris nutrimentis alerentur*. Nimirum oceanus perpetuô æſtu agitatus coarctatas aqvas per ſyphones hydraulicos in terræ cavernas excernit. Illæ aqvæ perpetuis commerciis ingentem pingvedinis & unctuoſæ materiæ congeriem adducunt intra terras. Qvantum verò pingvedinis & unctuoſæ materiæ contineat mare, facilè judicabit, qvi paulò altiùs ſecum expenderit, qvot balænæ, qvot orcæ, qvot delphines & aliæ ſimiles beſtiæ in oceanô ſtabulentur, à qvibus qvantus pingvedinis naſcatur proventus neminem latet. Præterea & illæ aqvæ ex terrarum mineris, qvas perpetuâ alluvione deterunt, ſulfur, naphtham,

bitu-

bitumena, & ſimilem combuſtibilis materiæ fomitem elicitum extractumqve ſubminiſtrant. Has igitur aqvas pro ſuô, ne deficiat, nutrimentô ſympathicô qvôdam appetitûs magnetiſmô, ceu Kircherus in prodromô mundi ſubterranei loqvitur, attrahit ignis, qvæ cum affluant perpetuæ, perpetuum etiam fit incendium.

§. 6. Qvòd autem mare ſub ignivomorum montium cavernas penetret, indicio eſt, qvod illi, qvi aures ſuas ad ejusmodi montium crateres demiſerunt, aqvarum ruentium ſtrepitus audîſſe ſe memorant qvibusvis catadupis comparandos. Fazellus ad Ætnæi crateris labium prolapſus ſubterraneum qvendam ſonitum inſtar immenſæ ollæ ignibus appoſitæ & bullientes inde ſulfureos fervores animadvertit. Et Hieronymus Welſchius in itinerariô ſuô de Veſuvio hæc habet: Ich habe mich auff den Boden geleget und in den holen Berg hinunter geſehen / und ein ziemliches Brauſen und Geräuſch gehöret / als wenn viel grün Holtz brennete. Similia referunt & alii.

§. 7. Unde Cardanus ſulfur, & bitumen à marinis ſordibus fomentum accipere affirmat. Et Bembus in Dialogo de Ætnâ inde patere dicit, qvomodo alatur incendium, cùm omnia calore & humore concipiantur, jam verò & ſemper ardeat mons & ſemper à mari perluſtretur. Eâdemqve de causâ fit, ut montes, qvò mari ſunt viciniores, eò conſtantiùs & vehementiùs

arde-

ardeant. Nusqvam enim majores fiſtulæ ſunt, ut iterum Bembus diſſerit, aut meatus ampliores, qvàm in iis locis, qvæ vel mari vicina ſunt, vel alluuntur à mari, qvod facillimè in terras penetrat, pergitqve in viſcera, qvantum poteſt.

§. 8. Ex qvibus manifeſtum eſt, cur Ætnæ præ reliqvis incendium duret. Facit id nimirum ingenium & diſpoſitio loci. Qvæ, in qvo conſiſtat, non obſcurè innuit Claudianus l. 1. de rapt. Proſ.

——— ——— Trinacria qvondam
Italiæ pars una fuit, ſed pontus & æſtus
Mutavêre ſidem, rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit æqvore montes.
Nunc illam ſocia ruptam tellure triſulcam
Opponit natura mari. Caput inde Pachyni
Reſpuit Ionias prætentis rupibus iras:
Hinc latrat Getula Tethys, Lilybæaqve pulſat
Brachia conſurgens: hinc indignata teneri
Concutit objectum rabies Tyrrhena Pelorum.

Et Juſtinus l. c. de Siciliâ loqvens ait: *nusqvam aliàs tàm torrens fretum, nec ſolùm citatô impetu, verùm etiam ſævô, nec experientibus modò terribile, verùm etiam procul videntibus. Undarum porrò in ſe concurrentium tanta pugna eſt, ut alias velut terga dantes in imum ſubſidere; alias quaſi victrices in ſublime ferri videas, nunc fremitum ferventis æſtus, nunc gemitum voraginemqve deſidentis audias. Hinc fabulæ Scyllam & Charybdin pepererunt, hinc latratus auditos, hinc monſtri credita ſimulacra, dum navigantes magnis verti-*

Digitized by Google

vorticibus pelagi deſidentis exterriti latrare putant undas, qvas ſorbentis æſtus vorago collidit. Hac igitur freti vehementia cum & meatus ampliores reddantur, & plures Spiritus impingantur, & major nutrimenti copia transvehatur, patet cauſa, cur tot ſeculis Ætnæ duraverit incendium.

§. 9. Sed hîc oritur nova difficultas, qvam Theodericus apud Caſſiodorum l. 4. var. ep. 50. his verbis proponit: *qvæ eſt illa ſingularis exceptio, unum montem ſic ubiqve ſuam ſubſtantiam diſpergere, ut non videatur damna ſentire?* Ubi ante omnia obſervandum, naturam nunqvam ociari, & dum ignis materiam conſumit, reparare aliqvid, qvod deinde conſumat. Sed præterea etiam huc aliqvid facit, qvòd magna copia materiæ jam ſemel exuſtæ, imò nonnunqvam etiam jam in cinerem redactæ ſæpè intra montis uterū relabatur, ibiqve ſucceſſu temporis iterum incendio apta efficiatur, dum ſulphuroſa aliqva fuligo materiæ illius poris ſe inſinuat; qvæ materiam ſubeunte deinde igne conflagrare facit denuò non ſecus ac prius. Qvam præparationem adjuvant & promovent non parùm pluviæ, nives, grandinesqve exterius ſupervenientes, uti prolixius id deducit Kircherus l. 3. c. 7. mund. ſubterr.

§. 10. Atqve hoc inprimis in bituminoſis corporibus accidit. In illis enim calor compulſus ad centrum, nova ſpiracula per reſolu-

Digitized by Google

tionem

tionem diffundit, qvibus inſinuatæ aqvæ novum alimentum afferunt igni, halitusqve veluti coagulant, ut loqvitur Libavius l. 1. de bit. c. 8. Qvo pertinent illi λιθάνθρακες Lemnii, de qvibus ſuprà. Ideoqve præter qvam, qvòd tellus ſemper ſui fœcunda eſt, & ſemet ipſam parturit, teſte Bembô, accedit etiam, qvòd moles cinerum aliarumqve rerum eructatarum magnâ copiâ montium ſuperciliis ac dorſis aggeruntur, qvæ deinde magnâ cum ruinâ ſubſidunt, & intra Ætnam relabuntur, ibiqve eo, qvem dixi, modô incendiis iterum aptæ fiunt. Qvod ipſum S. Patribus anſam dedit, ut montium incendiis infernales ignes eorumqve perpetuam durationem compararent. Qvorum verba commodiùs infra in Hieroglyphicis adducemus. Conferatur præter Autores citatos etiam Opitii Veſuvius, ubi de cauſis incendiorum conſervantibus ſatis eleganter diſſeritur.

CAP. VII.

DE FORMA ET FINE.

Summarium.

Forma conſiſtit in ignium eruptione. Finis Generalis Dei Gloria. Speciales navigantium commoditas, incolarum quorundam ſuſtentatio, Septentrionalium locorum calefactio, Soli fertilitas. Alii fines præternaturales.

Digitized by Google

§. 1.

HActenus igitur de cauſis efficientibus & materialibus actum eſt, nunc, ut de formâ & fine pauca ſubjungamus, ſupereſt. Forma igitur conſiſtit in ignium eruptione, quæ pro loci diſpoſitione copiâqve materiæ cæterarumqve cauſarum conditione & qvalitate diverſa eſt.

§. 2. Nec minùs diverſi ſunt fines, de qvibus videri poteſt Clariſſ. Kirchmayerus in diſputatione de montibus ignivomis Anno 1661. Witebergæ habitâ. Nam primò, ut alia naturæ opera, ſic hoc etiam imprimis in Dei immortalis Gloriam cedit, & animos noſtros ad venerandam ejus Majeſtatem incendit. *Viſuntur*, verba ſunt Richardi Dinothi in loc. comm. hiſt. l. 1. *nonnulli montes ignem prodigioſè eructantes, quorum nullus alius uſus deprehenditur, niſi quòd ſpectantium oculos in ſummâ admiratione detineant, & in contemplationem mirabilium Dei Operum adducant.* Atqve hic qvidem finis generalis eſt & ultimus.

§. 3. In ſpecie inſerviunt montes ignivomi navigantium commoditati. Nam & ideò Deus altiſſimos qvosdam montes aut nivibus operuit, aut flammis ornavit ex Majoli ſententiâ in dial. de montibus, ut longiſſimè conſpecti velut Phari ſeu Cynoſuræ qvædam viam navigantibus velut digitô monſtrarent. Qvàm longè autem ejusmodi montes poſſint conſpici, teſtatur ille in Tenariffâ, nec non Qvitenſis & alii.

Digitized by Google

§. 4. Huc referri poteſt & incolarum qvorundam negotiatio ſeu ſuſtentatio. Münſterus ſanè l. 4. Coſmogr. fodinas ſulfuris unicum propè Islandorum vectigal & mercimonium eſſe teſtatur. Periculum eſſet ergò, ne illi populi neceſſariis vitæ ſubſidiis deſtituerentur, niſi illos natura per incendia ſubterranea tantô ſulfuris proventu ditaviſſet, ut mercatoribus totas naves onuſtas avehere inde liceat.

§. 5. Nec incolis modò, ſed ipſarum etiam iſtarum regionum temperamento Heclæa & ſimilia incendia conducunt. Unde novus finis naſcitur, Septentrionalium locorum calefactio. Sicut enim Deus Opt. Max. illas regiones, qvas ſitus ad intolerabiles æſtus damnaviſſe videbatur, imbrium & fluminum inundationibus ita refrigeravit, ut multis in locis zonæ torridæ ſubjectis inſenſile ſit æſtatis & hyemis diſcrimen: ſic ne regiones polis vicinæ propter ſummum frigus nullos paterentur incolas, eadem Divinæ Sapientiæ Bonitas extremam frigoris acrimoniam focis qvibusdam ſubterraneis temperavit, & calorem Solarium defectum Vulcaniis montibus compenſavit.

§. 6. Qvanqvam autem vehementiora montium incendia vicinos tractus non mediocriter ſubinde devaſtant, tamen & ex illis ipſis damnis ſua naſcitur fertilitas, adeoqve hæc etiam finibus annumerari optimô jure poteſt. Siciliæ ſanè fertilitas, qvam veteres innumeris ornârunt elo-

Digitized by Google

logiis tanta fuit, ut ipſam pro gratiſſimô Cereris domiciliô haberent. Et Apulejana Pſyche nihil majus invenire poterat, per qvod ſupplicaret Cereri, qvàm Siculæ glebæ ſulcamina. Hornius part. 4. Orb. Polit. p. 46. poſtqvam Ætnæ mentionem injecit, non alia, inqvit, totô orbe fertilior regio, adeò qvidem, ut horreum populi Romani & totius Italiæ penu fuerit, unde Cicero eam urbis Romæ animam appellavit. Sic Campania, in qvâ Veſuvius, propter inſignem fertilitatem Patris Liberi & Cereris certamen dicebatur, ut videre licet apud Florum l. 1. c. 16. Sic in Japoniæ regnô nusqvam agri lætiores, qvàm circa montem ignivomum Siurpurama.

§. 7. Meritò igitur cum Claudianô de font. Apon. poſſit aliqvis mirari:

Qvis ſterilem non credat humum? fumantia vernant
  Paſcua, luxuriat gramine cocta ſilex.
Et cum ſic rigidæ cautes fervore liqveſcant,
  Contemptis audax ignibus herba viret.

Et cum Statiô l. 4. Sylv. carm. 4.

— — credetne virûm ventura propago,
Cum ſegetes iterum, qvum jam hæc arbuſta virebunt,
  Infra urbes populosqve premi?

Usqve adeò nimirum cineres in agros proximos diſperſi, item ſaxa glebæqve pingviſſimæ ignibus excoctæ & pluviis diſſolutæ mirificâ ſtercoratione lætificant & fœcundant omnia montesq; imprimis reddunt εὐαμπέλȣς. *Vomit illa fornax*, inqvit, Caſſidorus var. l. 4. ep. 50, *perpetuò puniceas, ſed fertiles arenas, qvæ licèt diuturnâ fuerint*

rint aduſtione ſiccata, in varios fœtus ſuscepta germina mox producunt, & magnâ celeritate reparant, quæ paulò ante vaſtaverant. Videatur Strabo l. 5. & Fazellus dec. 1. l. 2. c. 4.

§. 8. Poſſunt his addi fines præternaturales, ut iræ Divinæ annunciatio, Divinæ vindictæ executio, nec non inferni qvædam præluſio, ſed de his commodior erit in ſectione ſeqventi dicendi locus. Jam enim reſtat, ut de mirabilibus ac obſervatu non indignis Adjunctis atqve circumſtantiis agam, qvæ montium incendiis, vehementioribus præſertim, ſolent accidere, nec non de intervallis, ſignificatione, & Hieroglyphicis incendiorum aliqva ſubnectam. Seqvitur ergo

SECTIO QVARTA

Symptomatum, qvæ vehementioribus Paroxyſmis accidunt, rationem reddens, nec non de intervallis, ſignificatione, ac Hieroglyphicis incendiorum agens.

CAP. I.

DE ADJUNCTIS, QVÆ VEHEMENTIORIBUS MONTIUM INCENDIIS ACCIDUNT, AC PRIMUM DE TERRÆMOTU.

Incendia montium à terra motu incipiunt. Sicilia Ætnæ nutrix Campania Veſuvii terræ motibus obnoxiæ. Cauſa non extra naturam quærenda. Varia veterum de terræmotuum cauſis opiniones. Vera cauſa explicatur, unde illi terræmotus, qvi montium incendia comitantur. Illuſtratur res per cuniculos ſeu minas ut vocant: Qvis primus earum inventor. Terræmotuum diverſitas, ejusq; diverſitatis ratio. Cur in duobus ac pluribus locis interdum ſimul terræmotus exiſtant. De ſubterraneis canalibus.

§. 1.

AC initiò qvidem, cum montium incendia plerunqve cum aliqvo terræ motu incipiant, ab hoc incipere non erit inconveniens mihi de iis Adjunctis aliqva dicturo, qvæ montium incendia vel antecedunt, vel comitantur, vel ſubſeqvuntur. Incipere verò montium incendia plerunqve cum aliqvo terræ motu teſtantur tractus Ætnæ & Veſuvio viciñ. Hos duos enim montes, qvòd reliqvis omnibus eructatione ignium ſint celebriores, & per hoc & per reliqva capita exempli locô potiſſimùm proponam.

§. 2. Siciliam certè neqve rarò neq; leviter terræ motibus concuſſam paſſim legitur. Annotârunt aliqva exempla Fazellus *rerũ Sicul. dec. 1. l. 2. c. 4.* & Philotheus *in topograph. Ætn.* non qvæ ab aliis modò fandô acceperunt, ſed qvorum & ipſi pars fuerunt. Nam & ipſorum aliqvando

ætate

Digitized by Google

ætate Sicilia tam horribili terræmotu concuſſa fuit, ut totus mundus, ne dum Sicilia, corruere & in ſua ſeorſim elementa redire videretur.

§. 3. Similia Campaniæ evenire ſolent Veſuvii nutrici, neqve rariùs, qvàm Siciliæ. Tot enim terræmotibus jam olim agitata fuit, ut Plinius *lib. 6. epiſt. 20.* audeat aſſerere, terræ tremorem Campaniæ minùs formidoloſum eſſe, qvia ſolitus, & Seneca qvoqve lib. 6. nat. qvæſt. c. 1. Campaniam qvamvis toties jam illo metu defunctam, nunqvam tamen hujus mali ſecuram eſſe dicat.

§. 4. Utut autem Campania non rarò ejusmodi calamitates paſſa ſit, vix unqvam tamen majore paroxyſmo fuit correpta, qvàm ſub Titi principatu. Tunc enim tam graves ibi terræmotus extiterunt, ut non moveri omnia, ſed verti & in chaos redigi crederentur, hominesqve, qvò ſe veterent, ignari noviſſimam illam mundo noctem interpretarentur, ut habetur in hiſtoriâ Romanâ Dionis l. 66. & epiſtolis Plinii locô modò citatô.

§. 5. Licèt verò admiratione omninò dignum ſit atqve metu partes mundi ſolidiſſimas labare, qvodqve unum in illo immobile eſt ac fixum, ut cuncta in ſe intenta ſuſtineat, fluctuare & ſuis veluti ſedibus emoveri, non tamen ſtatim propterea cauſæ tam admirandi & formidabilis effectûs extra naturæ limites ſunt qværendæ.

Nam quis enim noſtrûm miratur, ut Lucretii verbis utar ex lib. 6.

———— ———— ſi qvis in artus
Accepit calidô febrim fervore coortam?
Obturgeſcit enim ſubitò pes, corripit acer
Sæpè dolor dentes, oculos invadit in ipſos,
Exiſtit ſacer ignis & urit corpore ſerpens
Qvamcunq; arripuit partem, repitqve per artus:
Sic igitur toti cœlo terræqve putandum eſt
Ex infinitô ſatis omnia ſuppeditare,
Unde repentè qveat tellus concuſſa moveri,
Perq; mare & terras rapidus percurrere turbo,
Ignis abundare Ætnæus, flammeſcere cœlum.

§. 6. Itaqve & pleriqve Veteres, ſi Platonicos qvosdam excipiamus, qvi Dæmonum impulſu terram moveri ſtatuerunt, & Pythagoram, qvi mortuorum congregationem terræmotus efficere docuit, excipiamus, naturales huic effectui cauſas aſſignandas cenſuerunt, ſed in earundam ipſarum determinatione admodum variè ſenſerunt, ut videre eſt apud Ariſtotelem *l. 2. de meteor.* Plutarchum *l. 3. de placit. Philoſ. c. 11.* Senecam *l. 6. qvæſt. natur.* Plinium *l. 2. c. 79. hiſt. nat.* Agricolam *de ortu & cauſ. ſubt. l. 2.* Fromondum *l. 4. c. 1. de meteor.* Keckermannum *in diſputatione peculiari de terræmotu*, Conimbricenſes *de Meteoris tract. 11.* aliosq; *Ariſtotelis Commentatores & Phyſicos alios.*

§. 7. Thales enim Mileſius Ionicæ ſectæ Conditor, cui aqva rerum omnium principium eſt, eam rationem affert, qvòd terra magni alicujus navigii inſtar aqvæ innatet ac velut fluctuet. Cujus

Digitized by Google

jus ſententiæ ſtabiliendæ ergo adducit, quòd in omni paulò majore terræ motu, ferè erumpant novi fontes, non aliter, ac navigia inclinata aquã ſorbent. Democritus autem, etſi & ipſe multum aqvis in hoc negotiô refert acceptum; in modô tamen actionis à Thalete diſſentit. Democrito enim vel aqva pluvia, cum terræ cavernis jam oppletis recipi non valet, vi quadam ſubiens, dum pellit pelliturqve, motum excitat; vel exiccatâ terrâ, dum ex locis plenioribus aqvam attrahit, attracta illa in loca inania cum impetu irrumpit, motus exiſtit, uti qvidem opinionem ejus refert Ariſtoteles l. 2. c. 7. *de meteor.* (aliter enim Seneca l. 6. *natur. qvæſt.* c. 20.) Fuerunt præterea & alii, qvi itidem, ſed rurſus ex alio principio, terræmotus aqvis imputavêre. Qvibus omnibus aſtipulati videntur Poëtæ, Neptunum ſuum ἐνοσίγαιον & σεισίχθονα frequentiſſimè cognominantes. Qvo referunt aliqvi, qvòd ſæpenumero ſub terrâ ſubterlabentium aqvarum ſonus audiatur.

§. 8. At Anaximenes in ipſâ terrâ terræmotûs cauſam qværit, cum partes ejus aliqvæ decidunt, ſive ſolverit humor, ſeu ignis exederit, ſive ſpiritus violentia excuſſerit, aut ipſa vetuſtas eas fecerit prolabi, non aliter ac in ædificiis, cum inferiores partes ob vetuſtatem abſcedunt ac ruunt, ſuperiora, qvibus adhæſerant, ſimul oportet moveri. Alia rurſus Anaxagoræ eſt ſententia, qvi igni effectum hunc mirabilem ad-

judicat.

judicat, qvanqvam ſunt, qvi aliam ac longè
verſam ſententiam impingunt. Omitto nug
eorum, qvi terram animal eſſe contendunt, a
oqve qvaſi febricitantem ipſam qvando
ſomniant, & ſi qvæ ſunt ſimiles qvædam op
ones prolixiùs refutari non merentes.

§. 9. Pleriqve ergò cum Ariſtotele opti
naturæ myſtagogô ſpiritui vel exhalationi in
terræ cavernas concluſæ cauſam terræmotûs
ſcribunt, ubi tamen iterum in explicandô mo
magna deprehenditur diverſitas. Non faci
ùs autem cauſas terræmotuum cognoſcere p
terimus, qvàm ſi repetamus, qvâ ratione mo
tium incendia excitentur. Ut enim traham ve-
lut in compendium, qvæ in ſuperiore ſectione
prolixiùs deduxi, ſic ferè ſe res habet: vi caloris
ſubterranei inter abditiſſima terræ receptacula
continuò ſulfurei, nitroſi, bituminoſi, ſimilesqve
minerales ſpiritus progenerantur, qvi dum ſub
ùnde agitantur, & accumulatiores facti variè in
ter ſe commiſcentur & confligunt, ſenſim magi
magisqve calefiunt, & accedente inſuper antipe
riſtaſi non difficulter flammam concipiunt &
proximum qvodqve nutrimentum corripiun

§. 10. Qvibus præſuppoſitis facilè jam cog
tari poteſt, unde horribiles illi terræ motus, q
montium incendia plerunqve præcedunt, non
nunqvam etiam in ipſis incendiis non ceſſan
Nam qvanta flammarum ex hujuſmodi præſerti
materiâ conceptarum in ipſâ ſui conceptio

Digitized by Google

violentia ſit, perſpectum cuilibet eſſe poteſt ex cuniculis illis ſubterraneis, ſeu minis, ut vocant, qvibus terræmotum imitatam eſſe humanam ſeu ſolertiam ſeu in damnum ſuum ingenioſam perverſitatem aſſerit Fromondus l. 4. meteor. cap. ult. art. 9. Ejus artis primus prope Neapolin in arce Lucullianâ, qvæ Ovi dicitur, experimentum fecit Petrus Navarrus Cantaber, ſed à Franciſco Georgiô Senenſi id edoctus, ut ex Cardano *l. 2. de ſubtilit.* & Gvicciardino *l. 4. hiſtoriar. ſui temporis* memorat Voſſius *de Theologiâ Gentilium l. 2.*

§. 11. Utitur autem eo ſimili in explicandô terræmotu Gaſſendus, itemqve Graſſottus in Phyſicâ ſuâ compendiariâ, qvorum poſteriorem allegat in inſtitutionibus ſuis phyſicis Kippingius p. 794. *res*, inqvit, *porrò declaratur per mineras bellicas, qvas mirô auſu incredibili ſucceſſu ars machinaria excogitavit. Actis ſub terrâ cuniculis, inſperſô pulvere nitroſô, igne admotô aperiuntur montes, ſubruuntur urbes, evertuntur mœnia, lacerantur turres, ſternuntur ædificia, enecantur unita manus, lacerantur propugnacula, ſumma imis miſcentur. Pace tuâ dicam Jupiter, fulmina noſtra ſunt terribiliora tuis. Age coge nubes, ut tonare queas, nos etiam de tranqvillô regnum tuum vaſtabimus*, *inqvit Scaliger exerc. 99. §. 1.*

§. 12. Ac ſanè ſicut in cuniculis illis concluſus inflammatusqve pulvis pyrius ſuperimpoſitas ædificiorum, turrium, propugnaculorumqve

Digitized by Google

qvæ moles concutit & exturbat: ita ſpiritus minerales intra terram inflammati ſuperimpoſitos & circumadjacentes terrarum tractus agitant & convellunt. Nam qvòd flamma non adeò magna in cuniculo non ita capaci creata reſpectu ſuperimpoſitarum molium præſtare poteſt, qvidni idem flamma multò copioſior in ſpaciis longè amplioribus concepta reſpectu terrarum montiumqve incumbentium & circumadjacentium præſtare poſſit?

§. 13. Eodem ſimili commodè illuſtrari poteſt diverſitas illorum terræmotuum. Ut enim flammæ in cuniculis illis non unò ſemper ſucceſſu accenduntur, ſed prout cuniculi ipſi vel occluſiores ſunt vel patentiores, majores vel minores; extantiores vel profundiores, prout item materia laxior vel compactior, ſiccior vel humidior &c. ita vel irritæ ſunt, vel ſolum movent, vel etiam diſcutiunt & ſubvertunt: ita flammæ à ſubterraneis halitibus accenſæ non eosdem ſemper & pari gradu, ſed diverſos admodum effectus edunt pro variâ conditione cavernarum & fornicum, ut & pro diverſâ copiâ & qvalitate materiæ ſuccenſæ. Videatur laudatus modò Gaſſendus in L. X. Laërt. p. 1045.

§. 14. Unde autem contingat, ut nonnunqvam duæ vel plures regiones ſatis à ſe invicem diſſitæ uno eodemqve tempore laborent terræmotu, facilè poteſt dari ratio. Nam principiò non eſt impoſſibile, ſulfureos bituminoſosqve

qve halitus unô eodemqve tempore in duabus vel pluribus regionibus eô qvô dictum eſt modô inflammari. Deinde ſæpè una regio cum alia benè diſſitâ per occultos qvosdam ſubterraneos canales communicat. Aditus qvippe ſub terrâ diverſi ſunt, imò & ſub mari qvoqve certis locis ad vicinas usqve inſulas pertingunt, vimqve ignis exinde communicant, ut loqvitur Baccius l. 4. de therm. c. 5. Factumqve hoc videtur in illo terræmotu, qvem ſub initium hujus ſeculi tota ferè ſenſit Europa. Dubio procul enim plures inflammabili ſpiritu plenæ cavernæ extiterunt angustis meatibus inter ſe perviæ, adeoqve exhalatio, dum uno loco accenſa fuit, poſt breve temporis ſpatium ab hôc in alium, inde in tertium, & ſic conſeqventer, locum tranſiliit. Cujus rei indicium eſt circumſtantia temporis, qvô unoqvoqve in loco paroxyſmus ille factus legitur.

§. 15. Et qvid multis? Siciliam certè in eâqve Ætnam cum inſulis Æoliis, has cum Veſuviô totâqve ferè Italiâ arcanum qvoddam habere commercium ſatis patet. Imò Peyreskiûs occultum illud commercium adhuc longiùs extendit. Putavit enim Veſuvium cum Ætnâ, hanc cum Syriâ, hanc cum Arabiâ felice, hanc cum regione Erythræô viciniâ per ſubterraneos canales communicare. Et ex eôdem fonte deduxit cauſam, cur Veſuvius, Ætna & Semus Æthiopum mons unô aliqvando eôdemqve tempore

pore cœperint eructare flammas, ut refert Gaſſendus in vitâ Peyreskii. Atqve idem Gaſſendus ſuper immani terræmotu, qvi annô hujus ſeculi ſeptimô Peruviā afflixit, & qvam Fournier in hydrographiâ ſuâ prolixiùs deſcribit, ita judicat, ut dicat, debuiſſe cavernas ſubterrâneas ſic inter ſe communicare, ut ignis accenſus in Omrate monte, qvi aliqvo jam tempore cineres eructaverat, & qvi tum primùm cœpit commoveri, per cuniculos qvaſi ſerpſerit ac ex ordine ſuccenderit.

CAP. II.

DE MUGITIBUS ET FRAGORIBUS SUBTERRANEIS.

Summ.

Vehementiſſimi in Ætnâ ſtrepitus & fragores. Non minores in Veſuvio, Phlegrais campis, aliis montibus ignivomis. Comparatio ſubterraneorum tonitruum cum ætheriis ratione cauſarum efficientium & diverſitatis. Duplex potiſſimùm utrorumq; differentia, ejusq; differentiæ ratio. Experimentum globulorum vitreorum fragorem edentium.

§. I.

Dum verò ita ſulfurei bituminoſiqve halitus intra terræ receptacula concluſi exitumqve vi qværentes vehementiſſimè inter ſe colluctantur,

tur, lateraqve & parietes ſuperimpoſitorum fornicum ſuccutiunt, tandemqve effractis obicibus exitûs libertatem nanciſcuntur, avulſaqve viſcera montium magnâ cum violentiâ eructant, exinde in locis ignivomis varii mugitus excitantur, & ſubinde non minora qvàm de cœlô tonitrua audiuntur.

§. 2. Ætnam ſanè Pindarus flammas σὺν πατάγῳ eructare ſcribit. De eâdem Lucretius l. 1.

Ætnæa minantur
Murmura, flammarum rurſus ſe colligere iras
Faucibus eruptis iterum vis ut vomat ignes
Ad cœlumq; ferat flammarum fulgura rurſum.

Virgilius 3. æn.

Curvis immugiit Ætna cavernis

item: horrificis juxta tonat Ætna ruinis.

Et paulò poſt:

Interdum ſcopulos avulſaq; viſcera montis
Cum gemitu glomerat.

Plinius l. 3. nat. hiſt. c. 82. *fragor ad Maronem & gemellos colles auditur.* Solinus c. 11. Polyhiſt: *in Ætnæ vertice hiatus duo ſunt, crateres nominati, per qvos eructatus erumpit vapor præmiſſô prius fremitu, qvi per æſtuantes cavernarum latebras longô mugitu intra terræ viſcera devolvitur, nec ante ſe flammarum attollunt globi, qvàm interni ſtrepitus antecedunt.* Claudianus l. 2. de rapt. Proſerp.

terrificis gemuit mugitibus Ætna.

Silius l. 14.

Aſt Ætna eructat tremefactis cautibus ignes

Digitized by Google

Incluſi gemitus pelagiq; imitata furorem
Murmure per cœcos tonat irreqvieta fragores.

Autor Ætnæ:

Pellitur exuſtæ glomeratus nimbus arenæ
Flagrantes properant moles, volvuntur ab imô
Fundamenta, fragor totâ tunc rumpitur Ætnâ.

Appianus l. 5. bell. civ. *facti ſunt Ætnæ horrendi fremitus ac mugitus.* Tranqvillus in Caligulæ vitâ: *repentè Cæſar è Meſſanâ noctu profugit Ætnæi verticis fumô ac murmure pavefactus.* Fazellus dec. 1. rerum Sicul. l. 2. c. 4. *Sicilia tota diebus ferè duodecim tonare cœpit, crebriq; ſonitus ac ingentes, qvales ex tormentorum bellicorum ictibus edi ſolent, aut etiam graviores non modò Catanæ & vicinis agris, ſed totâ inſulâ ſunt auditi.* Et paulo pòſt rationem reddit his verbis: *cæterùm cum principiô craterum ora vel anguſta vel clauſa ſint, molesqve ingentes à montis viſceribus avulſæ ac combuſtæ cautibus illidantur remugientibus ſcopulis, Ætna non antè flammarum globos emittit, qvàm interni ſtrepitus antecedant.*

§. 3. Pertinet huc etiam locus apud Senecam l. 2. nat. qvæſt. c. 30. *Ætna aliqvando multô igni abundavit, ingentem vim arenæ urentis effudit. Involutus eſt dies pulvere, populosqve ſubita nox terruit. Illo tempore ajunt plurima fuiſſe tonitrua & fulmina, qvæ concurſu aridorum corporum facta ſunt non nubium, qvas veriſimile eſt in tantô ardore aëris nullas fuiſſe.* Qvam vehementes autem formicantiqve ſint Ætnæi illi ſtrepitus, vel ex hoc conſtare poteſt, qvòd

Poëtæ

Digitized by Google

Poëtæ vehementiſſimum qvemqve ſonitum Ætnæis fragoribus vulgo componant, ad exemplum Statii 3. Theb.

—— —— it clamor ad auras
Qvantus Tyrrheni gemitus ſalis, aut ubi tentat
Enceladus mutare latus, procul igneus antris
Mons tonat &c.

§. 4. De Veſuviô Xiphilinus l. 76. *per eos dies reſplenduit in Veſuviô ignis, tantiqve mugitus extiterunt, ut Capuam usqve audirentur.* Et in deſcriptione incendii ſub Titô orti l. 66. *adhac ſonitus cùm ſubterranei tanqvam tonitrua, tùm ſupra terram mugitibus ſimiles extiterunt.* Theodoricus in epiſtolâ ad Fauſtum Præpoſitum ſervatâ in variis Caſſiodori l. 4. Var. epiſt 50. *ſed non in totum eventus ille eſt horribilis, præmittit ſigna gravia, ut tolerabiliùs ſuſtineantur adverſa. Tantis enim molibus naturâ rixante montis illius hiatus immurmurat, ut excitatus qvidam ſpiritus grandiſonô fremitu omnia terrificet.* Procopius l. 2. hiſt. Goth. *eſt in Campaniâ mons Veſuvius dictus, isqve plerunqve ſonitum mugienti ſimilem edit, qvi ferme cùm ſit, ingens vis cinerum ſubſeqvitur.* Valerius Flaccus l. 4. Argon.

Sic ubi prærupti tonuit cum fortè Veſevi
Heſperiæ lethalis apex.

Omitto alios.

§. In Æoliis ac Hierâ imprimis & Strongyle cùm immani fremitu erumpere ignem Diodorus Siculus l. 6. teſtatur. Qvemadmodum & Scholiaſtes Apollonii collem aliqvem in Hierâ

Digitized by Google

tantos annotat edidiſſe fragores, ut ad 500. ſtadi potuerint audiri. Montem modernum ſpiraculi eſſe plenum, intusqve fremere Autor eſt Agricol l. 2. c. 18. de ort. & cauſ. ſubterran. Idem affir mat, Heclam terribilia tonitrua reſonare. San & Ortelius memorat, Heclam aliqvando tan fragore ignes eructaviſſe, ut ad multa milliari grandiores bellicæ machinæ explodi putaren tur. Liceat addere, qvod habet Silius de Phle græis campis l. 14.

Parturit & tremulis metuendum exſibilat antris
Interdumqve cavas luctatus rumpere ſedes,
Aut exire foras ſonitu lugubre minaci
Mulciber immugit, laceratąqve viſcera terræ
Mandit, & exeſos labefactat murmure montes.

Similia contingunt aliis etiam ignivomis mon tibus.

§. 6. Non commodiùs autem ejusmodi ſtre pituum cauſa poterit illuſtrari, qvàm ſi eorum tonitruum naturam conſideremus, qvæ in aëre à ſulfureis & nitroſis effluviis intra nubis medi um concluſis excitantur, dum nimirum illa ve parietes & latera nubium multiplicibus reſili tionibus, circumvolutionibus & conflictibu pulſant & velut arietant, vel incruſtatione nubium, qvà debilior fuerit, maximô cum im petu perrumpunt: Atqve ut ex illô exhalatio num intra nubis medium conflictu non unu idemqve ſemper, ſed pro diverſâ qvantitate qvalitate tàm ipſarum exhalationum, qvàm nu bium, ut & variâ diſtantiâ & reflexione locorum

alii

aliisqve circumſtantiis varius & diverſus ſonus excitatur: ſic & in illis montium incendiis aut ante illa varii eduntur ſoni, magni, exiles, graves, acuti, rauci, clari cæteriqve, unde in diverſis locis ſecundùm Agricolam l. 4. de natur. eor. qvæ effl. qvodammodo auditur mugitus, murmur, fragor, fremitus, pro qvalitate nimirum, qvæ Plinii l. 2. hiſt. nat. c. 30. verba ſunt, materiæ formæqve, vel cavernarum vel cuniculi, per qvem meat.

§. 7. Sicut autem duæ ſunt potiſſimùm aëriorum tonitruum (hoc enim diſcriminis causâ placet illis aſſignare nomen) differentiæ: aut enim tonitru fit qvaſi ſimul & ſemel per modum crepitûs aut bombi, qvalem edere ſolet exploſa bombarda vel tormentum bellicum: aut fit cum prolixâ qvâdam diuqve durante reboatione ad inſtar currûs per ſaxa aut tabulata devoluti. Prius contingit, cum exhalationes ſpiritoſæ & calidæ intra nubem frigidam receptæ ac velut obſeſſæ, & vel per motum vel per antiperiſtaſin vel propter alias cauſas accenſæ, ut majorem ſibi locum acqvirant, vehementi cum impetu nubem rumpunt, novumq; aërem ipſis occurrentem repellunt. Poſterius fit, cum exhalatio vel jam accenſa vel ante ſui inflammationem per nubem hinc inde diffugium qværendo transcurrendoqve ad cava ejus latera impellitur & nubem qvidem disjicit, ſed non ita erumpit, ut eluctetur.

 §. 8.

Digitized by Google

§. 8. Eâdem etiam ratione ſubterraneorum tonitruum duo potiſſimùm ſunt genera, qvorum unum tamen alteri ſæpè miſcetur, qvod in aëriis qvoqve tonitribus haud novum eſt. Unum nempe ſubterraneorum tonitruum genus eſt, cum exhalationes ſulfureæ & bituminoſæ repagula montium terrarumqve non effringunt, ſed tantùm intus veluti rixantur, &, dum ad cava montium latera alliduntur, varièqve per cavernas & cuniculos ſubterraneos circumvolvuntur, prolixum qvendam mugitum & obſcurum qvoddam murmur producunt,

Sic murmurat alti
Impacata qvies pelagi, cum flamine fractô
Durat adhuc ſævitq; tumor, dubiumq; per æſtum
Laſſa recedentis fluitant veſtigia venti.

Alterùm verò genus eſt, cum exhalationes illæ intra ſubterraneas cavernas inflammatæ, ut majus ſibi ſpacium acqvirant, terras monteſqve ſuperimpoſitos horrendô cum fragore diſrumpunt, & eluctantur. Qvod ſi globuli vitrei usqve ad medietatem aqvâ nitroſâ oppleti & carbonibus ſuperimpoſiti ob vaporum exitum qværentium violentam eruptionem immanem qvendam fragorem edunt, qvod experimentum in mundô ſuô ſubterraneô Kircherus adducit: qvantò majores ſonitus excitari neceſſe eſt tantâ ſpirituum copiâ, qvanta ſæpè totas urbes atqve inſulas ſedibus ſuis emovet, è terræ viſceribus prorumpente?

CAP.

CAP. III.

E MARIS EBULLITIONE AC VELUTI FUGA.

Summarium.

re in montium incendiis non immune. Exemplum maris Siculi in incendiis Ætnæis & insularum Æoliarum, Tyrrheni maris in Veſuvianis, & aliorum in aliis. Alterationes illæ maris potiſſimùm duplices. Vel enim ebullit ac fervet, vel à littoribus ſuis quaſi refugit. Utriusque ratio.

§. 1.

E terræ atqve aëris percuſſionibus, qvæ montium incendia præire vel comitari ſolent, vidimus. Nunc ad aqvam accedimus. m & hoc elementum in montium incendiis gnas agitationes pati nemini poteſt ignotum e. Hugo Falcandus Scriptor Barbaroſſæ taneus, qvi hiſtoriam calamitatum Siciliæ ncinnavit, à Gervaſiô Tornacenô primùm itam publiciqve juris factam, in deſcriptione us incendii, qvod Gulielmi II. Siciliæ Regis mporibus accidit, hæc habet: *Meſſana mare, m tranqvilliſſimum eſſet, paulùm ſeceſſit à littore ſeipſum primò ſe contrahens, deinde pedetentim rediens præfixas littoris metas tranſiliit, muros civitatis alluens ipſis etiam portis ſe infudit.*

§. 2. De portentoſô maris circa Vulcan
incendiô legi poteſt Oroſius l. 5. In tantum
nim efferbuiſſe mare ſcribit; ut aduſtas qvoq
rupes diſſolverit, tabulataqve navium liqve
ctis ceris exuſſerit. Factum autem id eſſe
morat M. Æmiliô & L. Oreſte Cos. cum Æ
vaſtô tremore concuſſa igneis cœpiſſet exun
re globis. Non abſimilia de Vulcaniis inſu
habet Strabo l. 6. Verba ejus ex interpretati
ne Xylandri ſic habent: *Sæpenumero etiam
ſuperficie maris, qvod eſt circa inſulas iſtas, diſcur
rere flammas animadverſum eſt, cum cavernarum
qvibus ignis in profundô continetur, meatu aliqv
recluſô foras vi prorupit. Poſidonius ſcriptum
reliqvit, ſuâ ætate circa ſolſtitium æſtivum prima
luce inter Hieram & Euonymum mare conſpectum
fuiſſe ad monſtroſam altitudinem elatum, atq; ali
qvandiu ſic conſtitiſſe continenti ſtatu exaltatum
tandem ſubſediſſe, eos qui navigiis accedere auſi fu
erant, cum viderent aqvæ fluxu impelli piſces mor
tuos, calore & fœtore perculſos fugiſſe, navigium
qvod propiùs acceſſerat, vectoribus qvibusdam
miſſis ægrè cum reliqvis Liparam perveniſſe, q
aliqvando in morem comitiali morbô correptor
mente abalienarentur, aliqvando ad ſe redirent
multis pòſt diebus limum apparuiſſe, qvi ſuperficie
aqvæ innataret, multis qvoq; locis flammas appar
iſſe & fumos, & fuligines, limum illum tandem
concreviſſe, & molaribus lapidibus ſimiles fuiſſe
concretas illas maſſas, qva de re Senatum, cum eſſet*

à Fla-

Digitized by Google

à Flaminiô Siciliæ Prætore certior factus, miſſis legatis rem ſacram Diis Manibus & marinis procuraſſe. Idem Strabo l. 1. memorat, circa Methonen in ſinu Hermionicô terram ſeptem ſtadiorum altitudine egeſtam fuiſſe à flammoſâ qvâdam efflatione, locumqve eum interdiu inacceſſum eſſe ob calorem ac odorem ſulfureum, noctu autem benè fragrare proculqve effulgere & calefacere adeò, ut mare ferveat per ſtadia qvinqve, turbidumqve ſit ad viginti.

§. 3. Similia Tyrrheno mari accidunt à Veſuvii incendio. Unde Plinius *l. 6. ep. 20.* in deſcribendô horribili Veſuvii incendiô, cujus jam aliqvoties meminimus, occupatus, hæc refert: *Præterea mare in ſe reſorberi & tremore terræ qvaſi repelli videbatur, certè proceſſerat littus, multaq; animalia maris ſiccis arenis detinebantur.* Plutarchus etiam in librô de Pythiis oraculis, cùm Veſuvianæ conflagrationis mentionem facit, eamqve jampridem in Sibyllinis oraculis prædictam aſſerit ζέσιος θαλασσίας meminit. Qvalis etiam contigit Anno ſeculi hujus trigeſimô primô, qvo Veſuvius ſupra modum exarſit. Sic enim Saavedra in emblem. 93. ideæ Principis Politico-Chriſtiani: *mare tam inopinâ hoſtilitate ſtupefactum ad ipſum centrum cum ipſis aqvis ſe recepit, ſeu metu id factum fuerit, ſeu aſtu ad cogendas undas, qvibus ſe tueretur.* Et Hieronymus Welſchius in itinerariô ſuô: Das Meer-Waſſer hat ſich in dem Meerhafen verlohren/ daß

Digitized by Google

man vermeinet/ die Schiffe würden aus Mangel des Waſſers auff die Seite fallen. Similia de mari circa Heclam refert Blefkenius. Conferantur etiam, qvæ cap. 12. ſect. 1. de maris incendiis retulimus.

§. 4. Obſervo autem circa alterationum illarum hiſtoriam, duplicis potiſſimùm illas eſſe generis. Occurrit enim primò qvidem maris ebullitio ſeu fervor, deinde ejusdem à littore receſſio & veluti fuga. Ad hæc duo capita revocari poſſunt omnes maris in montium incendiis mutationes. Et ebullitionem qvidem ſeu fervorem maris qvod attinet, dico, oceanum habere fundum inſtar cribri foraminibus pertuſum, qvæ ſunt velut orificia canalium hinc inde ex mari ad abditiſſimas intimasqve terræ latebras ſeſe protendentium. Qvod in fretô ſanè Siculô, ſi Kirchero credimus *in Magnet.* ocularis experientia demonſtrat. Hôc igitur præſuppoſitô dico inflammatum ſub terrâ ſpiritum materiam proſeqvendô per ſubterraneos canales ad ipſum usqve mare provenire, illudqve ventis præſertim accedentibus perturbare, agitare, effervefacere, in altum efferre, & qvæ ſunt aliæ id genus mutationes.

§. 5. Receſſionem autem maris à littore ſic fermè contingere probabile eſt: ruptis terræmotu cavernarum fornicibus vaſtæ aperiuntur voragines, in qvas mare ſubingreditur, qvousq; affluentes ex altô aqvæ deſertum littus occupent

&

Digitized by Google

jacturam reſarciant. Eraſmus Franciſci in dialogô prœmiali ſeines Oſt-und Weſt-Indianiſchen wie auch Sineſiſchen Luſt und Staats-Gartens de fugâ maris in Heclæ conflagratione hunc ferè in modum diſſerit: Sintemal die natürlichen Kräffte des Feuers und Waſſers einander auffreiben und vertilgen/wenn eins dem andern an Gewalt zu ſehr überlegen. Zu dem iſt bekant/ daß der Schwefel und Salpeter-Brand und das unterirdiſche Feuer dem Waſſer hefftiger widerſtehet/und ſtärckere Wirckungen hat. Uber das ſo hilfft das Saltzmeer-Waſſer dem Feuer/ und nehret den Brand gewaltiglich. Qvæ poſteriora verba magis ad ebullitionem, qvàm ad receſſionem ſpectant. Theatri autem Europæi conditor ad annum Chriſti 1631. de mari circa Veſuvium eô tempore ignes ejiciente ſuam his verbis ſententiam exponit: Das Meer iſt an dem Porte der Stadt eine geraume Zeit trocken geblieben/ und von der Seite gegen dem Berge zu ſich eine ziemliche länge gantz und gar verlohren. Etliche halten dafür/daß indem die Aſche ungeſtümer weiſe aus dem Loche oder Schlunde des Berges evaporiret und ausgebrochen/auch alle Gänge und Zutritte der Lufft ſolches vacuum wieder zu erfüllen verſperret/ eben die obermeldte Aſche das Waſſer des Meers von unten auff an und zu ſich gezogen habe. Putat igitur fugam illam maris ob fugam vacui contingere. Sed progredimur ad

CAP.

CAP. IV.

DE FUMIS.

Summarium.

Fumi ex Ætnâ. Fumorum ex Veſuviô figura & forma. Buchnerus ab Eraſmô Franciſci notatus. Cur interdiu fumus, noctu flamma appareant. Ignes ſine fumô ardentes.

§. 1.

SCilicet prodromis incendiorum & veluti proſceniis futuræ tragœdiæ annumerandi ſunt etiam fumi ſub incendiorum initium prorumpentes, qvi deinde niſi incendiô ceſſante non ceſſant. De fumis Ætnæ ita Maro 3. Æn.

Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceô & candente favillâ.

Kircherus in præfatione mundi ſubterranei c. 2. ſic illos deſcribit: *ego Ætnam & Strongylen diligentiùs intuitus eos ingentes fumorum globos inſtar montium præter ſolitum eructare notabam, qvibus longè latèqve diffuſis non Lipararum modò, ſed & Siciliæ aſpectus ex oculis tollebatur.*

§. 2. Caſſiodorus l. 4. Var. ep. 50. inter exarſuri Veſuvii ſigna ponit & hoc: *fuſcatur aër illius loci exhalatione teterrimâ, & per totam penè Italiam cognoſcitur, qvando illa indignatio commovetur.* Formam & figuram fumi ex Veſuviô provenientis Plinius l. 6. epiſt. 16. his verbis exprimit: *nubes incertum procul intuentibus ex qvô monte (Veſuvium fuiſſe poſtea cognitum eſt)*

oriebα-

Digitized by Google

oriebatur, cujus ſimilitudinem & formam non alia magis arbor, qvàm pinus expreſſerit. Nam longiſſimô veluti truncô efflata in altum qvibusdam ramis diffundebatur. Credo qvia recenti ſpiritu ſubvecta deinde ſeneſcente eô deſtituta aut etiam pondere ſuô victa in latitudinem evaneſcebat, candida interdum, interdum ſordida & maculoſa, prout terram cineremve ſuſtulerat.

§. 3. In editione Buchnerianâ pro; *in latitudinem evaneſcebat* legitur: *in altitudinem evaneſcebat.* Super qvâ lectione talis eſt Eraſmi Franciſci criſis: *ſive errore Typographi, ſive altiore judiciô Notatoris. Altera ſententia planior ad ſenſum. Erat enim nubes pondere depreſſa. Niſi fortè Buchnerus praelegit altitudinem, ut intelligeret Lector poſt diffuſionem ramorum nubem iſtam non ut nebulam deſcendiſſe, ſed in altô expirâſſe. Vel, ut verbum evaneſcendi non tàm ad materiam vaporis reſpiceret, qvàm ad figuram illius conicam ſive pineam. Nec enim abſurdè dicatur, piceam qvodammodo evaneſcere in altum, qvoniam apex in acutum deſinit, & contractiori ſemper fronte ſcandit tamdiu, donec in mucronem tenuisſimum & oculos pænè fugientem faſtigietur.* Hæc ille, qvi qvidem turres ædificare mihi videtur, qvas impugnet.

§. 4. Cæterùm tantis intra terræ viſcera focis ardentibus, qvid mirum ingentes fumorum globos excerni? Obſervatum autem Scriptoribus invenio, qvod interdiu ferè fumus, noctu flam-

flamma è montibus ignivomis eructari ſolet. De Veſuviô teſtatur id expreſsè Xiphilinus l. 66. De Æthnâ Pindarus Pyth. od. 1.

Ἀμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθων' ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν πόντου φέρει πλάκα σὺν πατάγῳ

Qvod Heinſius ita vertit: *flammarum qvidem fluvii fumi vorticem interdiu effundunt. Noctu autem purpurea altè ſe extollens flamma petras in profundi maris ſinum cum ingenti fremitu emittit.* Aſſerit idem Strabo l. 6. *noctu*, inqvit de Ætnâ, *clari ſulgores eduntur, interdiu fumus.* Hinc & Plinius l. 3. c. 8. hiſt. nat. Ætnam montem nocturnis mirum incendiis vocat. Et alibi nempe l. 2. c. 106. *ardet*, inqvit, *Ætna noctibus ſemper, tantoq; ævo ignium materia ſufficit.* Lycoſthenes in chronicô ſuô prodigiorum ad annum 1329. dicit, ignem Ætnæ noctu horrendum habere aſpectum nec lucere ut alium ignē, interdiu autem obſcurè ardere haut ſecus, qvàm accenſum ſulfur, cujus mons plenus ſit. Et ad annum 1537. notat, ignis globum, qvem incenſum ſulfur eſſe conſtet, interdiu ſubnigrum noctu autem igneum totum horrendumqve ſe ſpectantibus oſtendere.

§. 5. Unde hoc eveniat, indagatu non eſt adeò difficile. Nam præterqvàm qvòd majus lumen abſorbet minus, accedit & illud, qvòd humores nocturni flammam veluti refrigerant & irri-

Digitized by Google

rritant; qvod interdiu propter Solares radios non contingit. Interdiu diſſipatur ignis & marceſcit à calore ſolis, congregatur noctu ob circumſtans frigus.

§. 6. Illud autem peculiare eſt, qvod Acoſta refert, alicubi in Novô Orbe in fundô alicujus montis ſine fumô & flammâ ſic ardere ignem, ut avarus qvidam ſuſpicatus aurum id eſſe, lebetem per ferream catenam demiſerit momentô temporis ab igne conflatam & abſumtam. Qvā hiſtoriam ſuperiùs ſect. 1. c. 10. prolixiùs retulimus. Simile fermè ſpectaculum ad Ninderin oppidum paulò ante ſua tempora proditum fuiſſe refert Baccius l. 1. de therm. c. 8. & l. 4. c. 6. Fides ſit penes Autores.

CAP. V.

DE CINERUM AC ALIARUM MATERIARUM EJECTIONE.

Summ.

In vehementioribus paroxyſmis omnis generis materia eructantur. Cinerum incredibilis qvandoq; copia depluit. Exempla ex hiſtoriis. Immenſa molis ſaxa & lapides interdum protruſi. Torrentes ignei ex mineralium metallorum, ac lapidum aliorumq; corporum miſturâ. Simile à fornacibus fabrorum deſumtum.

§. 1.

Digitized by Google

§. 1.

ATqve hæc, qvæ hactenus pertractavi, Ad
junčta plerunqve præcedunt ingentes illo
ignium exceſſus, ita tamen, ut deinde ſæpè pe
totum incendii tempus perdurent. At cum fu
rere incipiunt montes ignivomi, præter fumo
rum flammarumqve globos etiam cineres, are
næ, pumices, maſſæ minerales & metallicæ, o
mnis generis lapides aliæqve materiæ vi vento-
rum ac ſpirituum expelluntur, idqve ſæpè copiâ
non exiguâ. Certè cineres tantâ ſæpè copiâ
ſunt effuſi, ut fidem ſuperent, qvæ Scriptores
memoriæ prodiderunt, & Marcellinus, cum in-
gentes barbarorum militum copias deſcribit,
barbariam agmina ſua velut Ætnæas favillas
diffudiſſe dicat l. 31.

§. 2. Oroſius ſanè l. 5. narrat, Ætnam ali-
qvando præter ſolitum exarſiſſe & torrentibus
igneis ſuperfuſis lateqve circumfluentibus Cati-
nam urbem finesqve ejus ita oppresſiſſe, ut tecta
ædium calidis cineribus præuſta & gravata cor-
ruerent illiusqve cladis levandæ cauſâ Senatum
Romanum 10. annorum vectigalia Catinenſi-
bus remiſiſſe. Idem mons Anno 1537. per tri-
duum tantam ſubnigri cineris molem efflavit
ut non ipſe modò mons ac finitima, ſed ad Pelo-
rum qvoqve & Pachynum, qvin & Calabriæ Co-
ſentium usqve interjacentia oppida cineribus
operirentur, & maria qvoqve adeò circumfun-
derentur, ut naves 300. p. m. à Siciliâ diſtantes
cinere

cinere fœdarentur, Autore Fazello dec. I. lib. 2. c. 4. rer. Sicul.

§. 3. In incendiô Veſuvii, qvod ſub Titi regimine contigit, tanta juxta Xiphilinum fuit copia cineris, ut terram, mare atqve aëra compleret. & in Africam usqve, nec non Syriam, Ægyptum, Romamqve perveniret. Scilicet eô tempore

Et pelagô & terris fuſa eſt Vulcania peſtis,
Videre Eoi monſtrum admirabile Seres
Lanigeros cinere Auſoniô caneſcere lucos;

ut canit Silius Italicus. Cui conſentit Valerius Flaccus l. 4. Argon:

Sic ubi prærupti tonuit cum fortè Veſevi
Heſperiæ lethalis apex, vix dum ignea montem
Torſit hyems, jamq; Eoas cinis imbuit urbes.

Qvanta ſub Leonis ac Anaſtaſii imperiô cinerum copia depluerit, ex Sigoniô, Procopiô aliisqve in hiſtoriâ Veſuvii ſuprà memoratum eſt.

§. 4. Nec verò cineres modò, ſed fortiores etiam nervi in uterô ejusmodi montium coaleſcentes niſu parientium expelluntur. Unde Ætnam Virgilius ſcopulos avulſaqve viſcera montis cum gemitu glomerare, Silius ſemiambuſta ſaxa liqvefactis cavernis rotare, Claudianus molibus terrificis cœlum laceſſere affirmat. Similia de Veſuviô leguntur. In monte qvodam Inſulæ Moluccæ tantum evaporare ſpiritum igneum Majolus teſtatur, ut emittat lapides nihilô minores, qvàm ſunt, qvibus utimur ad molendum. Idem teſtatur circa provinciam Cia-

potuiſſe eſſe montem evomentem ſaxa tantæ magnitudinis, qvantæ ſunt plauſtra onuſta. Aſcribendum hoc omne ſpiritibus, nec non ventis terræ intercutaneis. Nec enim dubitandum tantâ vi pollere ventos, ut ſaxa etiam graviſſima in ſublime ferre & per montium crateres eructare poſſint,

maria & terras cœlumqve profundum
Qvippe ferant rapidi ſecum, vertanq; per auras.

§. 5. Nonnunqvam etiam mineralia, metalla, lapides, aliæqve materiæ vi flammarum intra ſubterraneas officinas liqvefactæ & à ſpiritibus elevatæ torrentis inſtar à vertice ad mare usqve aut aliud ſpacium ſatis à vertice remotum deferuntur ac deſpumant. Qvem fluxum Petrus Bembus in ſuo de Ætnâ dialogô non ineleganter deſcribit, ex qvo nos pens. 4. ſect. 1. aliqva attulimus. Nimirum ſicut in fornacibus artificum etiam contumaciſſima metalla & duriſſimi qviqve lapides liqveſiunt: ita illud multò faciliùs intra Vulcani ſubterranei officinas præſtari poteſt. Utitur hoc ſimili Heſiodus in Theogon. v. 86. & ſeqv. cum terram poſt fulminatum Typhonem igne correptam inſtar plumbi vel ferri liqvefacti fluxiſſe canit. Ad illum locum Bembus loc. cit. *propterea*, inqvit, *ego illum plumbi & ferri exempla poſuiſſe crediderim, ut alteri compararet, qvæ igne faciliùs corripiuntur, & fluunt, ut ſulſurea tellus omnis, eaqve terræ partes, qvæ tenuiores ſunt, alteri autem*

cum

Digitized by Google

tum ſaxa omnia, tum ea quæ flammæ reſiſtunt magis & ſunt ſuapte naturâ duriora.

CAP. VI.

DE TENEBRIS, ANIMANTIUM AC HOMINUM INTERITU, AGRORUM, PAGORUM, OPPIDORUMQ. SUBVERSIONE, FONTIUM PERTURBATIONE, VETERUM OBSTRUCTIONE, NOVORUM APERTIONE, LACUUM EMERSIONE.

Summarium.

Tenebræ ex incendio Ætnæo earumque cauſa. Similes ex conflagratione Veſuvii. Peſtiferorum ac lethalium halituum emiſſio. Spiritus animantium ac hominum craſſiore fumo ſuffocantur. Obitus Plinii, & aliorum. Multi à cineribus & ſaxis opprimuntur. Mors Franciſci Nigri. Multi unà cum urbibus ac pagis abſorbentur, aliqui ab ædificiis concuſſis obruuntur. Multi cum villis domibusque ſuis conflagrarunt. Obitus Baſſi Poëtæ Lyrici. Agrorum, ſylvarum, pagorum, vicorum oppidorum ab his incendiis maximæ calamitates. Catinenſes aliquoties his malis afflicti. Figmentum Cteſiæ de flammis Ætnæis. Alia quædam exempla. Tantarum ſubverſionum cauſa. Montes ac inſulæ noviter

Digitized by Google

... enatá ex materiâ ejectâ. Oppida à lapidibus & cineribus oppreſſa. Novi fontes aperti, veteres obſtructi. Arethuſa fl. turbatus. Tajus fl. ſangvineum colorem traxit. Fontes & aqvæ ex Veſuvii fluctibus profuſa. Lacus emergentes in vicem abſumta terræ. Mutationum harum cauſa.

§. I.

Um verò non ſolum atri denſiqve fumorum globi, ſed cinerum etiam pumicum aliarumqve rerum moles non exigua à montibus ignivomis nonnunqvam eructentur, crasſitie & denſitate ſuâ facilè obſtant, qvo minùs Solare lumen ad oculos noſtros pertingat. Et hinc oriuntur illæ tenebræ, de qvibus paſſim legitur. Audiamus eloqventiſſimum Tullium. *Cogitemus*, inqvit l. 2. de natur. Deor. *tantas tenebras, qvanta qvondam eruptione ignium Ætnæorum finitimas regiones obſcuraviße dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo cognoſceret, tertiô autem die, cum Sol reluxiſſet, revixiſſe ſibi viderentur.* Ejusmodi tenebræ fuerunt etiam, de qvibus Seneca l. 2. c. 30. qvæſt. nat. *Ætna aliqvando multô igne abundavit, ingentem vim arenæ urentis effudit. Involutus eſt dies pulvere, populosqve ſubita nox terruit.* Similes tenebræ Veſuvianorum ignium eruptione exortæ regnante Titô. Sic enim Plinius l. 6. epiſt. 16. *jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior denſiorq;.* Et ep. 20. *nox non qvalis illunis aut nubila, ſed*

qvalis

Digitized by Google

qvalis in locis clauſis lumine extincto. Confeſatur Xiphilinus & alii.

§. 2. Devenio nunc ad animalium brutorum hominumqve interitum. Exempla ubiqve obvia ſunt, & ratio cuilibet facilè conſtare poteſt. Qvàm facilè enim in tali montium paroxyſmô peſtiferi halitus è terræ viſceribus emittuntur, qvi virulentiæ ſuæ tabe longos tractus inficiunt, & vitam viventibus adimunt?

§. 3. Qvàm facilè à craſſiore fumô ſpiritus animalium obſtruuntur & ſuffocantur? Hôc modô Plinius Avunculum ſuum concidiſſe conjectat craſſiore nimirum caligine ſpiritu obſtructô, clauſôqve ſtomachô; qvi naturâ illi invalidus & anguſtus, & freqventer intus æſtuans erat. Hinc & Oroſius homines, qvi in incendiô Ætnæô, qvod M. Æmiliô L. Oreſte Coſ. contigit, longiùs diffugere non poſſent, reciprocatô anhelitu calidi aëris adustis introrſum vitalibus ſuffocatos Autor eſt.

§. 4. Qvàm facilè à cineribus, pumicibus, ſaxis, aliisqve rebus eructatis opprimuntur, qvibus aufugere non eſt integrum? Ità occubuit Franciſcus Niger patriâ Platienſis, ſed incola Leontinus Medicus ſui temporis inſignis, qvi, cum nimis propè fornaces Ætnæos acceſſiſſet, unô ex lapidibus emiſſis in caput ejus dilapsô concidit, & vitæ ſuæ terminum implevit, teſtantibus id Fazellô & Philotheô. Certè Procopius aſſerit, nullam illi vitæ ſpem reliqvam; qvem cinis

Digitized by Google

è Veſuviô diſpertſus deprehenderit, quantò majus à pumicibus & ſaxis periculum? Videatur hiſtoria incendii Veſuviani, qvod Anno 1631. contigit in Theatro Europæo fusè deſcripta.

§. 5. Prætereo in montium incendiis nonnunqvam vi terræmotus vaſtas aperiri voragines, intraqve illas omnia ſuperſtantia abſorberi, adeoqve, ut Statii verba mea faciam, infra urbes populosqve premi. Ut de interitu eorum nihil dicam, qvi ædificiorum ruinâ opprimuntur Qvò pertinet hiſtoria Falcandi memorantis qvindecim hominum millia ædificiorum ruinâ oppreſſa, cum Gulielmi II. temporibus Ætna commoveri & tota Sicilia terræmotu convelli cœpiſſet. Taceo, qvòd multi homines ſæpenumerò unà cum domibus ſuis villisqve conflagrârunt bacchante qvoqvoverſus igne. Accidit id Cœſio Baſſo Poëtæ Lyrico, de qvo Petrus Crinitus l. 3. de Poët. Latin. c. 50. *Neqve deſunt*, inqvit, *qvi ſcribant, eundem Cæſium cum villâ ſuâ conflagrâſſe ardente Veſevô monte ignibus latè æſtuantibus.*

§. 6. Neqve verò in hôc malô publicè noxiô agri, ſylvæ, pagi, vici, oppida nullam calamitatem patiuntur. Catinenſes enim aliqvando tantis cladibus affectos Oroſius memoriæ prodidit, ut iis à Senatu Romanô decem annorum tributa remitterentur. Qvod adducit etiam Auguſtinus l. 21. de Civit. Dei c. 4. ubi tamen unius tantùm anni veſtigalia Romanis relaxata

laxata ſcribit. Nec ſemel ejusmodi damnis affecti leguntur Catinenſes, imprimis verò, qvo tempore Gulielmus II. in Siciliâ regnabat. Tunc enim eorum civitas adeò ſubverſa eſt, ut ne una qvidem domus ſuperſtes remanſerit.

§. 7. Non abſimile fatum experta ſunt alia qvoqve oppida Ætnæ vicina, nec non pagi viciqve contermini. Qvid Nicoloſio & Mompeleſrio acciderit anno ſuperioris ſeculi ſeptimô & trigeſimô, ex Fazellô Philotheôqve pluribus cognoſci poteſt. Et nos etiam jam ſuprà in hiſtoriâ incendiorum Ætnæ mentionem ejus rei fecimus. Et qvid antiqva repetimus? Superior annus vicinos Ætnæ vicos pagosqve ſatis edocuit, qvantum flammarum ejus furor poſſit. Eſt autem prorſus ſingulare, qvod ex Cteſiâ & PhotiôBarthius ad lib. 1. Claud. de rapt. Pros. notavit, nimirum flammas ex Ætnâ erumpentes medium regionis tractum, utpote qvi ab hominibus injuſtis colatur, nunqvam labefactari, cum cætera affligat.

§. 8. Non minus à Veſuviô periculum tractibus circumjacentibus, neqve rariùs devaſtata legitur vicina Veſevo ora jugo, ut liceat exclamare cum Poëtâ:

Cuncta jacent flammis triſtiq; everſa favillâ,
Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.

Non libet hîc repetere, qvæ ſupra fuerunt in hiſtoriâ incendiorum Veſuvii memorata. Nec aliorum ignivomorum montium exempla addam.

Digitized by Google

Qvilibet enim facilè cogitare poteſt, qvanta ab hujusmodi flammarum tempeſtatibus damna regiones conterminas pati oporteat.

§. 9. Contingit autem talis everſio pagorum, vicorum & oppidorum in montium incendiis ob duas præcipuè cauſas. Qvarum una eſt terræmotus, cujus vi ædificia totaqve oppida concutiuntur, labefactantur, corruunt, nonnunqvam & abſorbentur. Altera eſt violentia fluminũ igneorum, incredibilisqve copia cinerum, pumicum, aliarumqve rerum è montium viſceribus rejectarum, qvibus loca circumjacentia conſpurcari & nonnunqvam planè devaſtari neceſſe eſt.

§. 10. Tantâ enim copiâ nonnunqvam ejusmodi materiæ è montibus ignivomis evomuntur, ut integri montes atqve inſulæ fuerint exortæ, ut & in antiqvis annalibus legitur, & in recentiorum ſcriptis, ſiqvidem nec noſtra ætas ſimilibus portentis caruit. De montibus ex hujusmodi materiâ conſtructis Puteolanus ille fidem facit, Modernus dictus. De Inſulis fidem facit Vulcanella aliæqve, de qvibus Livius dec. 4. l. 9. Strabo l. 6. Seneca l. 6. nat. qvæſt. c. 2. Plinius l. 2. c. 87. & 88. Oroſius l. 7. aliiqve ſcripſerunt. Sic de inſulâ annô ſeculi currentis 38. haud procul à Tercerarum unâ ſubnatâ Gasſendo literis fide dignis relatum eſt, ut ipſe fatetur in Phyſiologiâ Epicuri. Qvid prope Santerinium in Archipelagô contigerit, ex Riccardô

refert

Digitized by Google

referet nobis Kircherus l. 4. c. 5. mund. ſubt. Qvod ſi tantæ moles è terrâ eructantur, è qvibus vaſti montes inſulæqve poſſunt effici, qvid mirum vicinos montibus ignivomis agros, pagos, vicos, oppidaqve opprimi & ſubverti.

§. 11. Narrat Petrus Hiſpalenſis, multa oppida à cineribus & lapidibus ex monte flammivomô vici Molahaſo ejectis fuiſſe oppreſſa. Annô poſt Chriſtum Natum 1462. cum mons qvidam 100. cubitis à mari diſtans fuiſſet ſuffoſſus, navis qvædam cum omnibus inſtrumentis ferreis multisqve cadaveribus hominum inventa fuit, qvam vidiſſe ſe teſtatur Fulgoſus apud Majolum, non abſurdè ſuſpicantem, qvòd navis illa forſan in littore jacens à variis materiis magnâ copiâ è mari projectis, oppreſſa ac veluti ſepulta fuerit. Pertinet huc, qvod annotavit Kircherus, Catanenſes, cum pumices eſſent aliqvando foſſuri, terrâ ad 100. palmos apertâ ſtratas marmoribus plateas aliaqve antiqvitatis veſtigia reperiſſe.

§. 12. Reſtant adhuc conſideranda qvædam circa fontes & lacus. Falcandus loc. cit. hæc habet; *multis locis terra debiſcens & novos protulit fontes & veteres obſtruxit nonnullos.* Et paulò pòſt: *Syracuſis Arethuſa fons nominatiſſimus de limpidô turbulentus effectus ſaporem ſalſum multâ maris admiſtione contraxit. Tajus fons aqvis uberrimus, qvi de pede montis juxta Caſale Saracenorum egreditur qvaſi duarum hora-*

 rum

Digitized by Google

cum ſpatiô manens obſtructus aqvas continuit, magnôq; dehinc erumpens impetu ſangvinei coloris laticem per hora ſpacium mirantium oculis exhibuit.

§. 13. Annô Chriſti 1631. cum Veſuvius inter alias miſerandas ſtrages, qvà mare reſpicit, torrentem igneum eructâſſet, omniaqve obvia incredibili damnô abſumſiſſet, eodem tempore ex alio latere, qvo Palmæ Nolæqve campos deſpectat, ingentem aqvarum vim effudit, omniaq; latè demerſit, ut ex Recupiti libellô de Veſuvii incendiô Jeſuita Schottus l. 1. Anat. Phyſ. Hydroſt. c. 7. conſignatum reliqvit. Non multò poſt iterum aqveus torrens in campos decidit, eôdem ibidem referente. In illâ verò Veſuvii conflagratione, qvæ ſeptimô poſt annô accidit, oppidum S. Euphemiæ à terræmotu abſorptum, inqve ejus locum lacum qvendam putidum emerſiſſe memorat in præfatione mundi ſui ſubterranei oculatus hujus rei teſtis Kircherus. Idem ex annalibus ſocietatis Jeſu refert, eodem annô montem Picum in inſulâ Timor nihil niſi lacum poſt ſe reliqviſſe.

§. 14. Qvod mirabiles hos effectus attinet, dico primò, perturbationem illam & ſalſedinem Arethuſæ proveniſſe à multâ admixtione maris, qvod vi terræmotûs intra Arethuſæ canales compulſum fontem ejus limpidiſſimum turbavit ſalſumqve reddidit. Secundò Tajus fons colorem ſangvineum accepit à miſturâ minera-

lium

lium hujusmodi coloris, vi ſpirituum intra canales ejus impactorum, qvæ poſt aliqvod ſpacium ſubſederunt, fontiqve priſtinum ſplendorem reddiderunt. Tertiò veterum fontium obſtructionem qvod ſpectat, notandum, in hoc terræ montiumqve affectu immenſa nonnunqvam ſubterreſtrium portionum ſpacia in ultimam ruinam deduci, qvâ ruinâ ſi fluminis alicujus mæandri obſtruantur, fontem ipſum fluviumqve ceſſare neceſſe eſt, qvi deinde alibi ſibi exitum aperit. Unde qvartò novorum fontium apertio oritur. Qvanqvam illa hôc etiam modô contingere poteſt, ut aqvæ marinæ intra montium cavernas derivatæ & calore ſubterraneô terrefactæ vi ſpirituum igneorum in altum protrudantur, qvod in illo Schotti exemplô factum videtur. Pertinet huc ille Peyreskii diſcurſus apud Gaſſendum in ejus vitâ, cum diſſerit, ignes ſubterraneos ardentes canales ſibi creare, & bituminoſâ ſuffumigatione incruſtationem obtendere, qvæ aqvam marinam arceat, incruſtationem verò illam interdum abrumpi, ita, ut aqva ſubeat, ejusqve rei indicium eſſe, qvòd tempore Veſuviani incendii littus Neapolitanum aliqvantiſper exſiccatum fuerit revomente interim monte abſorptas hiatibus aqvas materiâ combuſtibili igneſcentes. Qvintò lacuum emerſio contingit, qvando ea, qvæ terræmotu abſorbentur, in hydrophylacia ſubterranea incidunt, non ſecus ac lapis intrà concham aqvâ plenam

ſiam demiſſus fundum petit, & expulſam inde aqvam neceſſariò extra concham exuberare facit.

CAP. VII.

DE INCENDIORUM INTERVALLIS ET SIGNIFICATIONE.

Summ.

Incendia montium aliqvando ceſſant. Ejus rei varia cauſa. Locus ex Agricolâ & Autore Ætnæ. Incendia montium non poſt intervalla certa ſtataq́; vices redeunt. Probatur ratione & experientiâ. Montium incendia Divinam iram innuere vindictamq́; prænunciare piè creditur. Gentilium in terræmotu religio. Exempla calamitatum incendia montium ſubſecutarum. Montium incendia malum non tàm portendunt, qvàm inferunt. Nimia curioſitas & ſolicitudo futurorum fruſtranea. Gentilium ex Ætnæis flammis præſagia. Solatium adverſus tàm horrendos montium ac terrarum affectus.

§. 1.

UTi verò montium incendia ſua habent initia atqve incrementa: ita non minùs decrementa ſua, & qvandoqve finem. Hinc multa loca veterum memoriâ ardentia legimus extincta, hinc induciæ & intervalla Veſuvii,

Nec

Digitized by Google

Nec qvæ ſulfureis ardet fornacibus Ætna
Ignea ſemper erit, nec enim fuit ignea ſemper.

ut Ovidii verba mea faciam. Sicut & Ariſtoteles in libro de mirandis auſcultationibus, vel qvisqvis ejus libri Autor eſt, obſervat, Ætnæas flammas non eſſe continuas, ſed poſt multos annos redire.

§. 2. Fit enim ſubinde, ut vel locus, à qvo flammæ nutrimentum ſuppetit, ruinâ ſubterreſtrium fornicum obſtruatur, vel ignium ſpiraculum obturetur, vel nutrimentum non ſtatim reparetur, vel nimiâ aqvarum affuſione ignis propagatio impediatur, qvorum aliqvid ſi contingat, neceſſe eſt incendia ceſſare, qvousqve tollantur impedimenta modò dicta. De his intervallis Agricola l. 2. c. 26. de ort. & caus. ſubterr. ita ſcribit: *manifeſta montium incendia, ſi perpetua ſunt, intelligimus, nullam eſſe obſtructionem meatuum, per qvos modò fluvium qvendam ignis, modò flammas, nunc verò fumum tantùm evomunt. Sin per temporum intervalla increſcunt, internis meatibus obſtructis ejus viſcera nihilominus ardent, ſuperioris autem partis incendia propter fomitis inopiam remittunt ad tempus. At ubi ſpiritus vehementior rurſus recluſis meatibus iisdem vel aliis è carcere magnâ vi erumpit, cineres, arenam, ſulfur, pumices, aliasqve materias projicit.* Eundem ferè in modum Autor Ætnæ diſſerit. Qvamvis enim initiò intervalla & vices incendiorum planè negare videatur, cum canit:

Nec te decipiant ſtolidi mendacia vulgi,
Exhauſtos ceſſare ſinus, dare tempora rurſus,
Ut reparent vires, repetantq; in prælia victi.
Pelle nefas animô, mendacemq; exue famam.
Non eſt Divinis tam ſordida rebus egeſtas,
Nec parvas mendicat opes, neq; corrogat auras.

ſtatim tamen de flammarum obſtructione aliqvid ſubjungit:

Sæpè premit fauces magnis exhauſta ruinis
Congeries, clauditq; vias luctamine ab imô,
Et ſciſsô veluti tectô ſub pondere præſto eſt,
Poſt ubi continuere moram, velociùs urgent,
Pellunt oppoſitas moles, ac vincula rumpunt,
Qvicqvid in obliqvum eſt, frangunt iter, acrior ictu
Impetus exoritur, magnis operata rapinis
Flamma micat, latosq; ruens exundat in agros.

Tametſi verò Agricola & Autor Ætnæ occultari potiùs Ætnæa incendia qvàm penitùs ceſſare ſignificant: nullum tamen eſt dubium, qvin in qvibusdam montibus incendia prorſus extingvantur, in iis maximè, qvi non ſunt ad nutrimenti reparationem ſatis benè diſpoſiti. Confer Munſterum l. 1. c. 6 coſmograph.

§. 3. Poſt ſtata autem & certa intervalla redintegrari montium incendia, ſicut ſtellæ redeunt in orbem, ſicut anni & annorum tempeſtates, ſicut æſtus marini certam horarum determinationem habent, ſicut febribus ſtata ſua tempora non deſunt; id & rationi repugnat, & hiſtoricæ veritati, qvicqvid afferant in contrarium illi, qvi certô potiùs & regulari qvàm irregulari proceſſu montium paroxyſmos recrudeſcere affirmant.

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. Rationi id repugnare dico. Nam ſicut nec efficientes, nec adjuvantes, nec conſervantes, nec materiales, nec inſtrumentales incendiorum cauſæ pari ſemper copiâ & qvalitate præſtò ſunt: ita nunc ſeriùs, nunc ocyùs inſtaurari montium incendia neceſſe eſt, neqve poſt certum fixumqve tempus redire ſemper poſſunt. Neqve minùs illa de ſtatis incendiorum intervallis opinio repugnat hiſtoricæ veritati. Ætnæ certè incendia pòſt irregularia intervalla rediiſſe patet ex hiſtoriâ iſtorum incendiorum, qvam ſupra ſectione 1. dedimus. Ex his de cæteris eſto judicium. Unde vix credibile videtur, qvod habetur in libro de admirandis auſcultationibus, in Liparâ nimirum æſtuarium qvoddam inveniri, cujus ignis ſedecim annis extingvatur, decimô ſeptimô verò vires ſuas denuò recuperet.

§. 5. Libet hîc etiam de incendiorum hujusmodi ſignificatione aliqvid adjicere. Qvanqvam enim montes ignivomi non ſecùs ac noſtra corpora naturali qvodam morbô ita ſæviant & furant, non præſumendum tamen animô cujusqvam, nihil horum Deum facere, nec irâ Numinis unqvam vel cælum concuti vel terram: ſed piè credendum eſt, qvòd Deus per tam admiranda Majeſtatis ſuæ opera velut per nuncios & interpretes qvosdam iram ſuam ob peccata mortalium graviſſima excandeſcentem humano generi indicat, animosqve noſtros in pecca-

torum

ſorum ſomno immerſos ad pœnitentiam dei tamqve Nominis ſui reverentiam excitet.

§. 6. Qvemmadmodum igitur publici illi gnes in camporum tumulis collucentes non a cendebantur, niſi juſſu regiô, cum rebus gerend celeritatem ſalus publica imponebat teſte Ba clajo lib. 1. Arg: ſic ſæpè Divinô juſſu ignes i montibus apparent, ut illorum aſpectu admoni ti celeriter reſipiſcamus & omnia mala, qvan tum in nobis eſt, avertamus. Qvod ipſi genti les etiam cognoſcebant. Nam qvotiescunqve terram moviſſe ſenſerant, nunciatumve erat, fe rias ejus rei cauſâ edictô imperabant Gelliô an notante l. 2. Noct. Attic. c. 18. præſumentes nimirum aliqvam calamitatem hôc affectu ter ræ prænunciari. Qvidni igitur & nos Chriſti ani montium ignes iræ Divinæ legatos vindictæ qve cæleſtis prodromos credamus?

§. 7. Proſerpinæ certè raptum prænuncia bat inſolitus Ætnæ mugitus apud Claudianum l. 2. de rapt. Pros. Sic inter portenta, qvæ bel lum civile præcedebant, annumerat & illud Lu canus l. 1.

Ora ferox Siculæ laxavit Mulciber Ætnæ
Nec tulit in cœlum flammas, ſed vertice pronô
Ignis in Heſperium cecidit latus.

Sic inter prodigia Cæſaris mortem apud Virgi lium præcedentia ſtat & illud l. 1. Georg:

qvoties Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam
Flammarumq; globos liqvefactaq; volvere ſaxa.

qvem locum Servius, *malum enim*, inqvit, *n eſt, qvoties Ætna mons Siciliæ non fumum, lammarum globos egerit.* Obſervare præte- licet, qvoties vehementius aliqvod incendi- in Ætnâ, Veſuviô, vel aliô qvôvis monte rtum eſt, ſemper ferè inſignem aliqvam m mutationem fuiſſe ſubſecutam.

§. 8. Et qvid multis? Nonne montium in- ndia peſtilentiam, ſiccitatem, ſterilitatem, nſeqventer annonæ caritatem aliasqve ſimi- s calamitates non tàm portendunt, qvàm infe- nt? Idqve vicini tractus ſatis plus ſemel ſunt perti. Apud Caſſiodorum ſanè Campani pplices lacrymas profundebant, ut ſublevaren- r onere tributariæ functionis ob clades à Ve- vianis incendiis acceptas. De Catinenſibus idivimus jam ſupra capite proximè præceden- , ex qvô non difficulter apparet, qvòd mon- um incendia ſatis malorum unà ſecum afferant, qve neceſſe ſit plura exinde præſagire.

§. 9. Nam ultra limites hîc non progredi- ndum, nec ea, qvæ in imperſcrutabilibus Fati yſſis adhuc recondita latent, temerariâ curi- itate rimanda ſunt. Qvid enim hoc eſt aliud, àm animum fatigare æternis conſiliis mino- m, veraqve pericula fictis & mentitis terro- bus augere & aggravare. Manet immmotè rum illud Venuſini l. 3. od. 29.

Prudens futuri temporis exitum.
Caliginoſâ nocte premit Deus,
Ridetq; cum mortalis ultra
Fas trepidat.

Cæterùm anteqvàm à ſignificatione incendiorum abeam, memoranda venit & illa veterum gentilium ſuperſtitio, cujus Pauſanias l. 3. Laconicorum meminit. Nimirùm illi vaſa aurea & argentea intra crateres Ætnæ projicere ſolebant, qvæ, ſi retrudebantur, exitium impendere rebantur, ſin minùs, id boni ominis ſignum putabant.

§. 10. Qvod reſtat, iisdem penè verbis, qvibus Seneca mortalium animos adverſus terræ motum firmat in procem. l.6. qvæſt. nat. nos etiam adverſus montium incendia ſolamur. Omnia nimirùm in unam mortem terminantur, omniaqve veniunt in fati ſervitutem. Qvi nihil vult timere, omnia timenda eſſe cogitet. Putaſne te tam valida & felicia ſortitum membra, te in tantam creviſſe magnitudinem, ut niſi inter tenebras & ignes, inter ſulfur & fumos, inter tonitrua & mugitus, inter terrarum & montium ruinas & incinerationes perire non poſſis? Qvid times craſſos denſosqve ſulfurei fumi globos, cum tibi ſuffocando vel craſſior ſaliva ſufficiat? Qvid terras diſrumpi ſcindiqve metuis, cum unius ungviculi & ne totius qvidem dolor, ſed levis aliqva à latere ejus ſciſſura te conficiat? Qvid extimeſcis, ne mari ſuis ſedibus emotô limites

mitesqve ſuos transgreſsô obruaris, cum uniô ſtillicidiô perire poſſis, potioqve exigua te ſtrangulare qveat malè per fauces lapſa. Qvid terræmotus, marium inundationes, montium incendia aliaqve mala extrinſeca tantô Te terrore afficiunt, cum plura habeas in ſinu tuô & intra te? Nam qvid in totâ rerum naturâ tàm vile eſt, aut tàm exiguum, qvod in tuam perniciem non ſatis valeat? Mors ubiqve noſtra tantundem.

CAP. VIII.

DE HIEROGLYPHICIS IGNIVOMORUM MONTIUM.

Summ.

Primum Hieroglyphicum Æternitas. Locus ex Drexeliô, qvi ſecutus hâc in parte Pionem Presbyterum, Auguſtinum, Tertullianum, Minutium Felicem, Pacianum. Qvis ſit Liſaniculus Paciani. Locus ex Orientiô. Flammarum infernalium cum Ætnæis hæc convenientia, qvòd illa damnatos hæ montes urant, non exurant. Pia Conimbricenſium commonefactio. Error de purgatoriô in montibus ignivomis. Secundum Hieroglyphicum mundi conflagratio. Opinio veterum Stoicorum, Epicureorum, aliorum. Improbantur illi, qvi qvondam in die

Prudens futuri temporis exitum,
Caliginoſâ nocte premit Deus,
Ridetq; cum mortalis ultra
Fas trepidat.

Cæterùm anteqvàm à ſignificatione incendiorum abeam, memoranda venit & illa veterum gentilium ſuperſtitio, cujus Pauſanias l. 3. Laconicorum meminit. Nimirùm illi vaſa aurea & argentea intra crateres Ætnæ projicere ſolebant, qvæ, ſi retrudebantur, exitium impendere rebantur, ſin minùs, id boni ominis ſignum putabant.

§. 10. Qvod reſtat, iisdem pœnè verbis, qvibus Seneca mortalium animos adverſus terræmotum firmat in prooem. l.6. qvæſt. nat. nos etiam adverſus montium incendia ſolamur. Omnia nimirùm in unam mortem terminantur, omniaqve veniunt in fati ſervitutem. Qvi nihil vult timere, omnia timenda eſſe cogitet. Putaſne te tam valida & felicia ſortitum membra, te in tantam creviſſe magnitudinem, ut niſi inter tenebras & ignes, inter ſulfur & fumos, inter tonitrua & mugitus, inter terrarum & montium ruinas & incinerationes perire non poſſis? Qvid times craſſos denſosqve ſulfurei fumi globos, cum tibi ſuffocando vel craſſior ſaliva ſufficiat? Qvid terras diſrumpi ſcindiqve metuis, cum unius ungviculi & ne totius qvidem dolor, ſed levis aliqva à latere ejus ſciſſura te conficiat? Qvid extimeſcis, ne mari ſuis ſedibus emotô limites-

limitesqve ſuos transgreſsô obruaris, cum unicô ſtillicidiô perire poſſis, potiòqve exigua te ſtrangulare qveat malè per fauces lapſa. Qvid terræmotus, marium inundationes, montium incendia aliaqve mala extrinſeca tantô Te terrore afficiunt, cum plura habeas in ſinu tuô & intra te? Nam qvid in totâ rerum naturâ tàm vile eſt, aut tàm exiguum, qvod in tuam perniciem non ſatis valeat? Mors ubiqve noſtra tantundem.

CAP. VIII.

DE HIEROGLYPHICIS IGNIVOMORUM MONTIUM.

Summ.

Primum Hieroglyphicum Æternitas. Locus ex Drexeliô, qvi ſecutus hâc in parte Pionem Presbyterum, Auguſtinum, Tertullianum, Minutium Felicem, Pacianum. Qvis ſit Liſaniculus Paciani. Locus ex Orientiô. Flammarum infernalium cum Ætnæis hæc convenientia, qvòd illa damnatos hæ montes urant, non exurant. Pia Conimbricenſium commonefactio. Error de purgatoriô in montibus ignivomis. Secundum Hieroglyphicum mundi conflagratio. Opinio veterum Stoicorum, Epicureorum, aliorum. Improbantur illi, qvi qvondam in diè

Digitized by Google

Pantocriticô flammas è terrâ montibusqve erupturas aſſerunt.

§. I.

ATqve ſic montium incendia ſumus hactenus ſpeculati, qvorum contemplatio variis Hieroglyphicis occaſionem præbuit. Nam, ut à ſacris incipiamus, à Drexeliô in ætern. conſid. 2. §. 3. montes ignivomi inter æternitatis ſymbola referuntur. *Aliud,* inqvit, *habet, qvod monſtret natura* (*æternitatis ſymbolum*). *Annô poſt Virginis partum octogeſimô primô* (*uti Svetonius, Dio, & Plinius Secundus fuſiùs memorant*) *Calendis Novembribus horâ ſeptimâ ad montem Veſuvium in Campaniâ horribilis flammarum eruptio facta eſt, qvam præceſſit inuſitata ſiccitas, & graves terræmotus, auditi etiam ſubterranei ſonitus, velut ſi tonitrua mugirent, dein mare fremere & magnum fieri, cœlum omne reſonare, qvaſi montes in conflictum corruerent, tum verò ingentia ſaxa ſubſilire miſtis fumis flammisqve, aër omnis inſici, Sol ipſe occultari, unde plerisqve perſvaſum mundum in chaos redigendum aut igne abſumendum. Tanta namqve copia cineris effuſa eſt, ut terram, mare, aërem compleret, hominibus, prædiis, pecoribus maximô illatô damnô, piſcibus atqve volucribus necatis, duabus urbibus, Herculanô & Pompejis, dum populus in theatrô ſpectaret, penitus obrutis. Atqve hæc aliaqve id genus præcipitia & montium juga, qvæ continuis ignibus flagrant, nec tamen unqvam conſumuntur aut deflagrant, viva exem-*

pla

Digitized by Google

pla à Deo hominibus data incendii apud inferos æterni; qvo ſontium corpora ſemper urentur, nunqvam comburentur.

§. 2. Sanè & Pion Presbyter in horâ ſui martyrii docuit, ignivomos montes ad Tartareas pœnas indicandas fuiſſe creatos. Et Divi Patres, cum de æternis damnatorum ſupplicils loqvuntur, freqventer Ætnam & ſimiles hujusmodi montes in ejus rei teſtimonium adducunt, qvi, cum ſemper ardeant, nunqvam tamen abſumuntur. Sic enim Auguſtinus l. 21. de Civit. Dei c. 4. *qvapropter ſi, ut ſcripſerunt, qvi naturas animalium curioſiùs adducunt, Salamandra in ignibus vivit, & qvidam notiſſimi Siciliæ montes, qui tantâ diuturnitate temporis atqve vetuſtate usqve nunc & deinceps flammis æſtuant, atq; integri perſeverant, ſatis idonei teſtes ſunt, non omnia, qvæ ardent, abſumi.* Et Tertullianus in Apologet. c. 48 *noverunt & Philoſophi diverſitatem arcani & publici ignis. Ita longè alius eſt, qvi viſu humanô, alius, qvi judiciô Deî apparet, ſive de cœlô fulmina ſtringens, ſive de terrâ per montium vertices eructans. Non enim abſumit, qvod exurit, ſed, dum erogat, reparat. Hoc erit ignis æterni teſtimonium, hoc exemplum jugis judicii pœnam nutrientis. Montes uruntur & durant. Qvid nocentes & Dei hoſtes?* Et in librô de pœnitentiâ cap. ult. *qvid illum theſaurum ignis æterni æſtimamus, cum fumariola qvædam ejus tales flammarum ictus ſuſcitent, ut proximæ urbes aut*

 jam

Digitized by Google

jam nullæ extent, aut idem ſibi de die ſperent? Diſſiliunt ſuperbiſſimi montes ignis intrinſecus fœta; & qvod nobis judicii perpetuitatem probat, cum devorentur, nunqvam tamen finiuntur. Qvis hæc ſupplicia interim montium non judicii minantis exemplaria deputabit? qvis ſcintillas tales non magni alicujus & inæſtimabilis foci miſſilia qvædam & exercitoria jacula conſentiet?

§. 3. Poteſt adjungi Minutius Felix in Octaviô ſuô: *nec tormentis ullus modus erit aut terminus. Illic ſapiens ignis membra urit & reficit, carpit & nutrit, ſicut ignes fulminis corpora tangunt nec abſumunt, ſicut Ætnæ & Veſuvii ignes & ardentium ubiq; montium flagrant nec erogantur: ita pœnale illud incendium non damnis ardentium paſcitur, ſed inexesâ corporum laceratione nutritur.* Audiamus & Pacianum de pœnit. & confeſſ: *vim ejus Gehennæ & de præſentibus æſtimare licet, cujus fumariola qvædam maximos montes ſubterraneis ignibus decoqvunt. Æſtuant indefeſſis flammarum globis Ætna & Liſaniculus & Veſevus Campanus, & qvò nobis judicii perpetuitatem probent, diſſiliunt, devorantur, nec ullis tamen ſeculis finiuntur.* Ubi obiter nota, montis Liſaniculi mentionem nusqvam aliàs occurrere, qvod ego ſciam, ideoqve fortè legendum: *Ætna Siculus & Veſevus Campanus*, qvod etiam Opitius in notis ad Veſuvium ſuum annotavit. Addamus autem etiam Orientium, in commonitoriô ſuô ſic canentem:

Digitized by Google

Ignibus ardentes immenſos reſpice colles
Jugiter amburi, non tamen imminui:
Sic miſeros vindex ſemper populabitur ignis,
Ut ſemper ſervet pabulo læta ſibi.

§. 4. E qvibus omnibus conſtat, Ætnæis & Veſuvianis ignibus cum infernalibus hanc intercedere ſimilitudinem, qvòd illæ montes, hæ damnatos continuò depaſcantur & nunqvam tamen abſumant. Nam infernalis ignis unâ eâdemqve vi & potentiâ & cremabit impios & recreabit, & qvantum de corporibus abſumet, tantum reponet, ac ipſi ſibi æternum pabulum administrabit, qvæ Lactantii verba ſunt l. 7. inſtit. Ignis hic, qvi in præſenti eſt vitâ, abſumit cuncta, qvæ recipit, ille verò, qvos ſuſceperit, ſemper cruciat, & pœnæ ſuæ ſemper ſervat integros ſecundùm Auguſtinum in ſermonibus de tempore. Sic abſumit, ut ait Camod. in Pſ. 20. ut ſervet, ſic ſervat, ut cruciet, dabitur miſeris vita mortalis & pœna ſervatrix.

§. 5. Non malè igitur Conimbricenſes (tractat. 12. de meteor. c. ult.) *enimverò par eſt exiſtimare, naturæ Principem ac Autorem Deum ideo naturæ obſeqventis miniſteriô hæc tam ſæva horrendaq; incendia è terræ ſinu evocare, ut nos eorũ aſpectu permoti attentiùs meditemur atrocitatẽ ejus ignis, qvo ſcelerati cruciantur homines æternũ apud inferos ſuppliciis mancipati, & ut aſſiduâ ejus rei contemplatione malarum cupiditatũ accedente ope Divinâ incendia extingvamus.* Dubiô pro-

Digitized by Google

procul autem ex locis illis Patrum aliisqve ſimilibus eorum emanavit error, qvi montes ignivomos purgatoria qvædam animarum ac inferni velut oſtia ſtatuerunt, qviqve ignem infernalem ab igne montium ſpecie non differre ſomniârunt, de qvibus c. 3. ſect. 2. actum eſt. Qvibusqve addi poteſt Gotfridus Viterbienſis, qvi parte chronici 17. p. m. 534. hæc habet:

Mons ibi flammarum, qvas evomit, Ætna vocatur,
Qvo lapis ignitus cum ſulfure præcipitatur
Hoc ibi tartareum creditur eſſe caput.

§. 6. Deinde ſub montibus ignivomis etiam futura mundi conflagratio qvodammodo adumbratur. Qvam in rem facere videntur illa Plinii verba l. 2. c. 106: *nec in Ætnâ tantùm natura ſævit exuſtionem terris denuncians.* Qvem in locum Dulechampius, *Veteres*, inqvit, *univerſitatis rerum ἀποκατάςασιν, reſtitutionem ſive redintegrationem factam fuiſſe per cataclyſmum tradunt, & olim futuram per ἐκπύρωσιν.*

§. 7. Reſpicere videtur ad ἐκπύρωσιν illam Stoicorum, cujus mentio fit apud Senecam l. 3. c. 28. qvæſt. natur. Et in conſolatione ad Martiam c. 26. *cum tempus*, inqvit, *advenerit, qvô ſe mundus renovaturus extingvet, viribus iſta ſuis ſe cædent, & ſidera ſideribus incurrent, & omni flagrante materiâ uno igne, qvod nunc ex diſpoſitô lucet, ardebit.* Conjungit interitum & renovationem mundi, qvoniam Stoici nihil in eâ conflagratione relinqvebant præter ignem, ex qvo

rurſus

ruſſus renovatio mundi fieret, idemqve ornatus oriretur, ut Ciceronis verba ſunt l. 2. de natur. Deorum. Ut enim è cineribus ſuis Phœnix idem ſpecie numerô diverſus prodit: ſic è mundô in cineres ſepultô novum mundum proditurum Stoa cenſuit, & Baſiliô Autore homil. 2. in hexaem. infinitos mundi ortus ac interitus juxta periodorum fatalium vices introduxit.

§. 8. Neqve tamen omnium planè Stoicorum fuit hæc opinio, qvandoqvidem Philo Judæus Boethum, Poſidonium, Panætium & Diogenem Babylonium excipit, qvibus Lipſius l. 2. de Phyſiologiâ Stoicorum c. 23. Numenium ſecutus Zenonem cognomento Sidonium adjungit. Cæterùm non modò Stoicos, ſed Epicureos etiam mundi conflagrationem ſtatuiſſe patet ex illo Felicis in Octaviô: *Stoicorum conſtans opinio eſt, qvòd conſumptô humôre mundus hic omnis ignefcat, & Epicureis de elementorum conflagratione & mundi ruinâ eadem ipſa ſententia eſt.* Ubi tamen notandum, qvòd Epicurus pluribus etiam modis univerſum interire poſſe putaverit. Exiſtimavit enim etiam vetuſtate poſſe mundum collabi putresqve ruinas accipere, & apud Plutarchum alicubi Epicurus mundo interitum denunciat tanqvam animali vel plantæ. Qvin etiam ex Stobæo manifeſtum eſt, qvòd adhuc plures modos poſſibiles ſuppoſuerit.

§. 9. Qvicqvid autem de Epicurô ſit, illud certum eſt, qvòd apud veteres, qvi qvidem interitu-

Digitized by Google

ſiturum aliqvando mundum ſtatuerunt, conflagrationis freqventiſſima fiat mentio, qvam amplexus videtur etiam Ovidius, cum 1. Metam. de Jove canit:

> Eſſe qvoq; in fatis reminiſcitur, affore tempus,
> Qvo mare, qvo tellus correptaq; regia cœli
> Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Idemqve planè fuit etiam jam olim Heracliti placitum, ut ex Laertiô videre licet. Docuit enim unum eſſe mundum, eumqve ex igne factum, & poſt aliqvot periodos in ignem iterum vertendum.

§. 10. Sed cum aliqvando eruditiſſimas celeberrimi noſtri Thomaſii de combuſtione mundi lucubrationes publicam hanc lucem aſpecturas ſperem, diutiùs his immorari nolo. Illud modò addo, cum gentilium etiam animis opinio de futurâ mundi conflagratione inſederit, facilè intelligi poſſe, qvod Dion in hiſtoriâ Veſuviani incendii ſub Titi imperiô exorti memorat, eô nimirum tempore non defuiſſe, qvi mundum in antiqvum chaos redactum, inqve flammas reſolutum iri ſuſpicati fuerint. Cujus relationi Plinius l. 6. ep. 20. conſentit; *multi ad Deos manus tollere, multi nusqvam jam ullos Deos*, (nam de Deos qvidem exceptô Jove conflagrationi iſti Stoici eximebant,) *æternamq; illam & noviſſimam noctem mundo interpretabantur.*

§. 11. Minimè verò probanda eſt illorum curio-

curioſitas, qvi præſumunt, cum in multis locis ignes terra nonnunqvam eructet, olim in die Pantocriticô eos ipſos ignes erupturos & hoc univerſum eſſe ſuccenſuros. Freigius enim l. 20. qvæſt. Phyſ. poſtqvam ſeptentrionem verſus multos dari montes ignivomos oſtendit, hæc ſubnectit: *illud eſt, opinor, qvod Picus Mirandula obſcurè ſignificat his verbis: qvi cognoverit proprietatem aqvilonis, intelliget, cur Deus mundum judicabit per ignem. Atq; hæc vetus eſt non modò Pici, ſed etiam Heracliti, ut ait Plutarchus, & Hebræorum opinio, qvi mundum aliqvando conflagraturum igneſq; non è cœlô delapſuros, ut putat Magianus, ſed ex intimis terræ viſceribus erupturos confirmant. Hoc autem incendium ad ſeptentrionem, non ad auſtrum, fieri neceſſe eſt, cum hîc aqva, illîc terræ globus promineat, qvi conceptos ignes alit.* Qvid Kircherus hac de re ſentiat, diximus ſect. 3. c. 2. §. 24.

CAP. IV.
DE ALIIS HIEROGLYPHICIS.

Summ.

Tertium Hieroglyphicum amor vehemens inſanaqve libidines. Qvartum ira. Iraſcentium diatypoſis. Oculi præ irâ ignei. Qvintum Zelotypia. Sextum rebelliones. Septimum crudelitas

Digitized by Google

delitas tegi continerique neſcia. Octavum fatales periodi. Nonum exempla Regum. Decimum impia fœdera. Undecimum virtus.

§. I.

POſt uſum Theologicum reſpiciamus etiam Moralem & Politicum. Tertiò enim cupiditatum humanarum incendia eorumqve vis ſub hâc imagine paſſim depingi ſolet. Salvianus certè Maſſilienſis Presbyter l. 7. de Providentiâ & Gubernatione Dei & de juſtô præſentiqve ejus judiciô ad Salonium Epiſcopum, *qvis neſcit*, inqvit, *Africam tôtam obſcœnis libidinum tædis ſemper arſiſſe, non ut terram ac ſedem hominum, ſed ut Ætnam putes impudicarum fuiſſe flammarum. Nam ſicut Ætna inteſtinis qvibusdam naturæ ferventis ardoribus: ſic illa abominandis jugiter fornicationum ignibus æſtuavit.* In eandem ſententiam Hieronymus, *non tàm Ætnæi ignes*, inqvit, *aut Vulcania tellus, non Veſevus & Olympus tantis ardoribus æſtuant, ut juveniles medullæ vinô plenæ & dapibus inflammatæ.*

§. 2. Sic & apud alios amoris vehementia freqventer Ætnæis flammis comparatur. Huc ſpectat illud Horatii ad Canidiam: *(epod. 17.)*

ô mare & terra ardeo,
Qvantum nec atrô delibutus Hercules
Neſſi cruore, nec Sicanâ fervida
Virens in Ætnâ flamma, Tu, donec cinis
Injurioſis aridus ventis ferar
Calens venenis officina Colchicis.

Ubi per virentem flammam, ut Dionyſius Lambinus

binus interpretatur, validam & non langveſcentem intelligit, ſicut è contrariô Homerus de flammâ langvidâ dicit, φλὸξ ἐμαράνθη, i. e. flamma arefacta eſt. Pertinet huc & illud Catulli ex elegiâ ad Mallium:

Qvum tantum arderem, qvantum Trinacria rupes.

Nec non illud Domitii, qvod adducit Philotheus de Homodeis in topographiâ Ætnæ

Arva Phaon celebrat vicinæ Typhoidos Ætnæ,
Me calor Ætnæô non minor igne tenet.

Addi poteſt his illud Phædræ apud Senecam in Hippolytô act. 1. ſc. 2.

Alitur & creſcit malum,
Et ardet intus, qvantus Ætnæô vapor
Exundat antrô.

§. 3. Atqve idem Poëta non amoris modò, ſed iræ qvoqve vehementiam haud meliùs exprimere potuit, qvàm ſimilitudine ab Ætnâ monte deductâ. Sic enim in Hercule furente Junonem iratam loqventem introducit:

Incipite famulæ Ditis, ardentem incitæ
Concutite pinum, & agmen horridum angvibus
Megæra ducat, atqve luctificâ manu
Vaſtam rogô flagrante corripiat trabem.
Hoc agite, pœnas petite violatæ Stygis,
Concutite pectus, acrior mentem occupet,
Qvam qvi caminis ignis Ætnæis furit.

§. 4. Scilicet hic totus affectus incitatus & in impetu eſt Autore Seneca l. 1. c. 1. de irâ. *Flagrant, inqvit, & micant oculi, multus ore totô rubor exæſtuante ab imis præcordiis ſangvine, labia qvatiuntur, dentes comprimuntur, hor-*

rent

rent & ſubriguntur pili, ſpiritus coactus & ſtridens, articulorum ſeipſos torqventium ſonus, gemitus, mugitusqve, & parum explanatis vocibus ſermo præruptus, & diſploſæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus magnaſqve iræ minas agens, fœda viſu & horrenda facies depravantium ſe atqve intumeſcentium. Et l. 2. c. 35: Qvales ſunt hoſtium vel ferarum cæde madentium aut ad cædem euntium aſpectus, qvalia Poëtæ inferna monſtra finxêre ſuccinctas ſerpentibus & igneo flatu, qvales ad bella excitanda, diſcordiamqve in populos dividendam pacemqve lacerandam teterrimæ inferûm exeunt furiæ: talem nobis iram figuremus, flammâ lumina ardentia, ſibilô mugituqve & gemitu; & ſtridore, & ſi qva his inviſior vox eſt, perſtrepentem, tela manu utrâqve qvatientem, neqve enim illi tegere ſe curæ eſt, torvam, cruentamqve & cicatricoſam, & verberibus ſuis lividam, inceſſu veſanô effuſam, multâ caligine incurſitantem, vaſtantem fugantemq;, & omnium odiô laborantē maximè ſui, ſi aliter nocere non poſſit, terras maria cœlum ruere cupientem, infeſtam pariter invilamqve. Confer eundem l. 3. c. 4. Dii talem terris avertite peſtem.

§. 5. Atqve huc referri poteſt exemplum Romanorum, qvorum prælio ſecum congreſſorum oculos arſiſſe Samnites confeſſi ſunt apud Florum l. 1. c. 16. Ad qem locum Freinshemius

us ſic annotat: ita cum Aqvilejam obſidens Attila ſpeculatum ad muros accederet, ab hoſtibus circumventus duobus interfectis reliqvos audaciâ & virtute ſuâ in fugam vertit, qvi ſacroſanctè affirmârunt, ex illius oculis ignitos radios fulguris inſtar emicuiſſe Nicolaus Olahus in ejus vitâ, Idemqve teſtatur P. Callimachus Experiens in Attilâ. Turno ſuo tribuit hoc Virgilius 12. Æn :

— — totoqve ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

Herculi Apollodorus l. 2. p. 84. Alemannis ſuis Henrici legatio apud Choniatem ſub fin. l. 1. de geſtis Alexii Angeli, *qvi Martis alumni ira flamma oculos ſuffuſi non ſecus, qvàm gemmæ, radient*. Et ſuis militibus Julianus apud Marcellinum 21. 27. *oculorum veſtrorum vibratæ lucis ardorem*. Et ipſe Autor Gothis 31. 38. *ſeqvebantur furore ex oculis lucente barbari noſtros*. Lege etiam, qvæ notavit Gruterus ad Livium 7. 33 & diſcurs. 11. in Tacit. item Virdungum in Taciti Agricolam 41. 5.

§. 6. Cum autem & amor & ira in Zelotypiâ concurrant, eam qvoqve montium incendia qvodammodo referunt. Unde illud Polyphemi l. 13. metamorph.

Uror enim læſusqve exæſtuat acriùs ignis,
Cumq; ſuis videor tranſlatis viribus Ætnam
Pectore ferre meô.

Illudqve Dejaniræ apud Senec. Herc. Oet. act. 2.

Eſt

Digitized by Google

Eſt aliqvid hydrâ potiùs, iratæ dolor
Nuptæ, qvis ignis tantus in cœlum furit
Ardentis Ætnæ?

Et apud eundem Poëtam in Medeâ act. 3. illud Medeæ:

Qvæ ferarum immanitas,
Qvæ Scylla, qvæ Charybdis Jonium mare
Siculumq́; ſorbens, qvæqve anhelantem premens
Titana tantis Ætna fervebit minis?

§. 7. Cum porrò ira ſæpè non ſingulos modò corripiat, ſed publicè concipiatur, ut in publicis rebellionibus & ſeditionibus videre licet, earum qvoqve furor & velut contagio commodè ſub hôc emblemate poteſt exhiberi. Sufficiat unicum adducere Petrum Firmianum, qvi in Geniô ſeculi ſic differit: Laborioſum eſſet per ſingula regna errantem animum circumducere, ut adductis undecunqve exemplis probaretur luculentiùs, totius orbis fatum eſſe hanc peſtem, licèt non pari horrore ſævierit, ubicunqve recepta eſt. Qvid in ſuos Principes peccent remotiſſimi à nobis populi, qvotidiè famâ ſpargente audimus, qvid viciniores audeant, ſentimus propè. Qvis enim neget atrociſſimi incendii ſcintillas ſpirantibus ventis in proxima regna allatas jam ſponte ardentes populos acriùs in Reges inflammaviſſe? Ubi Ætna ſolitò vehementiùs fervet, & qvid poſſit, oſtendit ingentium lapidum jactu ignitisqve torrentibus, terræ, cui imminet horridus vertex, nulla ſecuritas, &, ſi qva urbs in viciniâ nec ſiqvatò ſulſure

ſure nec ſaxis præcipitantibus perit, admonetur, tamen terræ mugitu ipſisqve cineribus, qvos ſimul cum flammâ mons evomit, perire potuiſſe: & hinc nobis juſtiſſimus timor, qvòd proxima regna flagrant ſuumqve minantur incendium. Hæc Firmianus.

§.8. Qvemadmodum autem Ætna ſubditorũ adverſus Magiſtratum rebelliones repræſentat; ita Nazianzenus orat. 1. contra Julianum Tyrannorum erga ſubditos crudelitatem, cum jam erumpit, nec ampliùs tegi ſe patitur, Ætnæis comparat incendiis. *Qvemadmodum*, ait, *Ætnæum ignem narrant Ætnæ radicibus abſcondi, infernè exundantem, violenterqve retentum & compreſſum (ſive hoc aliud qvidpiam eſt, ſive anbelitus excruciati Gigantis) de more qvidem horrendum qvendam ſonum ex imâ parte edere, fumumqve propinqvi mali indicem vertice ſuô evomere, qvodſi fortè exuberantior fuerit, nec jam vi ullâ retineri qveat, tùm verò finibus ſuis vebementi æſtu extruſum, ſurſusqve tendentem, ac ſupra foramina ſua ſeſe effundentem, nonnullas qvoqve ſubjacentis terræ partes incredibili illo & horribili fluxu pervaſtare: eôdem qvoqve modô illum reperire licet, aliqvantiſper qvidem ſibi ipſi imperantem, ac Sophiſtici edicti impoſturâ res noſtras graviſſimis incommodis afficientem, cæterùm, ſi qvando ira impotentia exuberantior eſſet, tum nec animi qvidem perverſitatem premere tectamqve babere poſſe, verùm adverſus pium Divinumqve Ordi-*

nem

Digitized by Google

nem Noſtrum nudâ atqve apertâ perſecutione graſſari.

§. 9. Neqve minùs incendia montium ob naturæ qvandam veluti pericycloſin, qvæ in illis elucet, rerum omnium periodos conjunctasqve ortûs & interitûs viciſſitudines deſignant. Qvemadmodum enim ex mari flumina profluunt, & in mare revertuntur, aut, qvemadmodum Sol ex marinis aqvis vapores allevat, qvi poſtea reſolvuntur in pluvias mariqve reſtituuntur: ſic etiam in montium incendiis cyclicas naturæ operationes deprehendere licet. *Incendia*, ait Kircherus l. 4. c. 6. mund. ſubt. *adurunt montes, & materiæ combuſtibilis miſcellam in cineres convertunt, ex cineribus aqvâ miſtis naſcitur novum ignis pabulum, ſic*

Omnia continuò rapidos vertuntur in orbes
Naturâ motus perpetuante ſuos.

Videatur Baccius de thermis, ubi miram hanc naturæ pericycloſin ſatis clarè demonſtrat. Ac talis etiam in aliis rebus eſt mutatio. Unius corruptio alterius generatio. Trahiqve huc poſſunt verba Bœcleri ex programmate XI. Acad. *orbis vita, ut ſic dicam, mutationibus alitur hactenus & mortibus. Modò in terrâ moritur civitas, ut in mari reſurgat, modò truncatur in mari, ut in terrâ geminetur. Nunc in cineres ſubſidit oppidulum, ut è cinerum favillâ veluti ventô translata alibi oppidum inſtauretur. Videas bellô abſumi urbes, ut ex abſumtis alibi naſcantur*

Digitized by Google

ſcantur gentes. Cui vaſtiſſimudini omnia elementa vel viribus ſuis vel caſibus ſerviunt. Quis neſcit Ætnæum ignem vomitu aliquando oppida exæquaſſe, dum incendia ſua evomuit? Scilicet dum vicina vaſtavit, excitavit remotos, dedit locum, quibus adeximit, atque quorum ſecuritati invidit, eorum promovit incrementa. &c.

§. 10. Iterum aliud Hieroglyphicum ſuppeditat nobis Johannes I. Septimus Angliæ Rex, cujus Symbolum fuit mons ignivomus cum inſcriptione: PRÆLUCEBAMUS. Vid. Symbola Pontificum, Imperat. Regum à Sadelerô edita. Ut enim ignivomi montes præſertim maritimi peregrinantibus facē aliqvam prælucent: ſic & Reges & Principes aliis exemplo eſſe debere judicavit. Eſt enim vita Principis cenſura qvædam & ea perpetua, ad qvam convertuntur & diriguntur ſubditi, nec illis tàm imperiô opus qvàm exemplô, ut Plinius in Panegyricô loqvitur. Et rectè Claudianus:

Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, ut vita regentis.

§. 11. Impiorum porrò fœderum ſymbolum qvoddam incendia montium conſtituunt apud Didacum Saavedram *in Ideâ Principis Chriſtiano-Politici ſymb. 93.* Audiamus enim ejus verba, qvibus hoc Symbolum illuſtrat: *Tyrrhenum mare expertum eſt ſæpiùs pericula amicitiæ & ſocietatis montis Veſuvii, at non ſemper damnis noſtris ſapere diſcimus. Ita*

Digitized by Google

factum in graviſſimis ruinis, quas per montis illius declivia ſolo intulerant incendia præterita, omnia opplendô cineribus, quos immiſſô paucis pòſt annis aratrô in agrum denuò coloni converterunt. Evanuit damnorum memoria, aut certò nemo eam conſervare voluit, quæ tanta tamen fuerant, ut meritò eorundem metus debuiſſet eſſe perpetuus. Abdidit mons ille ſub viridi ſuô palliô æſtum & ſiccitatem interiorum ſuorum viſcerum, & mare nihil ſuſpicatum mali fœdus cum eo iniit, eumq; ſtrinxit undarum ſuarum brachiis, nullâ habitâ ratione illius, quæ inter ambas iſtas naturas intercedit, contrarietatis. Verùm doloſus ille mons ſiniſtram ſuam intentionem preſſit in pectore, donec fumus indicia quædam proderet eorum, quæ intus ille moliretur. Crevit inter utrumq; communicatio per ſecretas & occultas quaſdam vias, nec capere potuit vicinum mare fictum illum amicum non niſi munimenta adverſus ſe erigere, & ſubterraneos cum diverſis metallis ſulfureis inſtruere cuniculos, donec iis jam perfectis, quod hâc noſtrâ ætate contigit, (annô Chriſtianô 1631.) ignem admoverit. In ſupremô montis cacumine hiatus ingens & profundus ſe aperuit, unde flammæ erumpebant, quæ ſub initium non niſi ſtrictura quædã lucidiores aut ignes feſtivi artificales videbantur, tã paucis poſt horis funeſta fuère prodigia. Contremuit ſæpius vaſtũ illud corpus tantæ motis ac ponderis, & inter horrenda tonitrua incenſas evomuit liqveſcentium metallorum indigeſtas materias, quæ in illius fervebant ſtomachô, & per montis declivia

ad

Digitized by Google

ad inſtar torrentium ignearum in circumjacentes agros ſeſe effuderunt, donec in ipſum mare delaberentur, quod tam inopinâ hoſtilitate ſtupefactum ad ipſum centrum cum ipſis aquis ſe recepit, ſeu metu aliqvo factum id fuerit, ſeu aſtu ad cogendas undas, qvibus ſe tueretur. Ruptis namqve antiqvi fœderis vinculis neceſſe erat, ut ad defenſionem ſuam ſe compararet. Pugnarunt inter ſe ambo elementa non ſine trepidatione ipſius naturæ, metuentis ne pulcherrima hæc rerum fabrica conflagraret. Ardebant ipſi aqvarum fluctus à ſuperiore hoſte domiti, ignis enim, ut alicubi loqvitur Spiritus Sanctus Sap. 10. (fovet nimirum dictus Autor falſam hypotheſin ac ſi liber Sapientiæ ſit Canonicus) *in aqvâ valebat ſupra ſuam virtutem, & aqva extingventis naturæ obliviſcebatur. Piſces flammis innatantes extincti ſunt: tales ſemper habebunt effectus omnia ſimilia fœdera, qvæ diſparis naturæ ſunt & conditionis.* Multa deinde differit de ratione fœderum, qvæ cum infidelibus ac hæreticis contrahuntur. Qvæ jam ad examen revocare non eſt inſtituti noſtri. Non enim de fœderibus ſed de montium incendiis agimus.

§. 12. Tandem montes ignivomi virtutis aliqvam imaginem repræſentant, dum earum altitudini vis ignium qvandoqve vel nihil vel parum detrahit. Pulchrè profectò Seneca ep. 80. *an Ætna poſſit ſublabi & in ſe ruere an hoc excelſum cacumen & conſpicuum per vaſti maris ſpacia detrahat aſſidua vis ignium, neſcio: virtutem non flamma non ruina inferiùs abducet.*

Digitized by Google

HAbes igitur, qvæ de montium incendiis in medium proferre volui, Benevole lector. Tu ſi qvid noviſti rectius iſtis, candidus imperti, qvantumqve vel ingenii, vel eruditionis, vel judicii defuiſſe mihi deprehendes (deprehendes autem, aut omnia me fallunt, defuiſſe benè multum,) tantum benevolentiâ tuâ ſupple. Nec enim usqve adeò mihi blandior, ut mecum habitare non didicerim, aut, cujusmodi ſit hic fœtus meus vel abortus potiùs, non intelligam. Mihi ſatis eſt ad laudem, ſi qvalis qvalis hic in me conatus (nam præter conatum nihil arrogo mihi qvicqvam) optimo cuiqve non diſplliceat. Qvod ſupereſt, Deum Optimum Maximum ſupplex veneror, ut hanc mihi voluntatem publica ſtudiorum commoda juvandi non ſolùm impoſterum conſervare perpetuam, ſed vires etiam eandem utcunqve præſtandi largiri clementiſſimè dignetur, cui ſit gloria Soli per omnes æternitates.

Ne

Digitized by Google

Ne pagellæ qvædam ſupereſſent vacuæ, placuit hæc additamenta ſubjungere.

AD ſectionis I. c. 1. pens. 5. §. 8.) Diximus ibi, qvòd Nobiliſſimus Barthius l. 49. adverſariorum c. 5. Manilium faciat Autorem carminis de Ætnâ, qvod cum Virgilii operibus edi ſolet. Sed bis erravimus. Nam primò pro c. 5. poni debuit c. 6. Deinde ibi Barthius abjudicat qvidem carmen illud Cornelio Severo, Manilio tamen non adjudicat. Sic enim habent ejus verba: *liberè dicam, qvod innui ſaltem alibi. Malè conſuluerunt judicium ſuum Summi Scriptores noſtræ ætatis, qvi poëma de Ætnâ monte, qvod cum Virgiliô edi conſvevit, Cornelio Severo aſcribere voluerunt, malè etiam nos, qvi ei ætati tamen idem alibi vindicavimus, cum argumenta non ſint futilia, qvæ Chriſtianum ei ſcripto Auctorem velint ſtatuere, qvæ alibi producentur à nobis.* Non diſſimile eſt Ejus l. 31. adverſ. c. 16. eâdem ſuper re judicium; *vel propter nomen, qvod meritô ſuô in omnibus, his verò præcipuè, literis ſingulare habet, Joſephi Scaligeri traditionibus ultrô tradenda eſſe puto, alioqvi fortaſſe non facilè auferenda. Iis licèt accenſeas, qvòd poëma priſcum de Ætnâ Cornelio Severo aſcribit, ſanè labili fundamentô, cum & ſtylus ejus operis aliud ſeculum poſcere videatur, licèt vetus Grammaticus jam olim de Virgiliô diſceptatum arguat. Sanè carmen eſt luculentum & eruditum &c.* Cauſa autem commiſſi à me erroris hæc fuit, qvòd meminiſſem in ſcri-

ptis Barthianis alicubi me legiſſe, Manilium eſſe carminis ejus Autorem. Jamqve locus ſuccurrit. Eſt is nimirum in notis ad Claudianum & qvidem ad epigramma in ſtatuam Piorum Fratrum compoſitum p. m. 1044. ubi aſſerit, qvòd Scriptor Ætnæ ſtylô, ingeniô, doctrinâqve non Severum, non Virgilium, ſed unum omnium maximè ſpiret Manilium.

Ad ſect. 2. c. 4. §. 9.) Origani & Argoli judicio ſubnecti poteſt diſcurſus Aſtrologi, qvem introducit Autor qvidam Anonymus in ſcriptô Germanicô, cujus titulus: Die Feuer-Eyfrige Zorn-Ruthe GOttes aus dem brennenden Berg Veſuviô in Campanien über Italien nñ alle ſündliche Königreiche außgeſtrecket ꝛc. Prodiit id ſcriptum Annô Chriſtianô 1633. in cujus capite tertiô præter Poëticas, Phyſicas & Theologicas rationes incendii Veſuvini afferuntur etiam Aſtrologicæ his verbis: Ob man nu ſolches wol der Wärme und Trockenheit der Dünſte / oder auch ihrer Fettigkeit und ſchwefelichē Natur / ihrer Erregung und Zuſammenſtoſſung zuſchreiben wolte und auch könte / wie gehört / ſo will doch noch eine andere Urſache zu erfinden ſeyn / welche dieſe Dünſte reget und beweget / und nach der Poetiſchen Fabel dem Rieſen helffe / daß er ſich von einer Seiten zur andern umbwenden / und ſo kräfftig mit ſolchen Ungeſtüm regen und bewegen könne. Und ob wol in gemein nicht unartig ſolches der Sonnen beneben der andern Planeten Wärme zugeeignet werden kan / ſo halt ich doch / daß zu gewiſſen Zeiten durch ſonderliche Erregung und

Bewe-

Digitized by Google

Bewegung der Planeten und Fixſternen die mächtichſten Erdbeben iemals entſtanden / und die hefftigſten Entzündungen erfolget. Welches denn auch alhier bey dieſer Feüer-Flammen in acht zu nehmen. Denn zu geſchweigen der vor neunhundert Jahren geſchehenen Feuers-Brunſt Veſuvii, welche auch kurtz auff eine groſſe Conjunction der obern Planeten Saturni und Jovis in der Feurigen triplicitet geſchehen iſt. So iſt A. 1537. da der Berg Ætna angezündet worden / Mars eben durch den Löwen durchgelauffen / welchem Sicilia auch untergeben. Auch das Jahr hernach / als mit dem wunderſeltzamen neuen Berge bey Puzolo es ſo wunderlich hergegangen / iſt Mars lange Zeit im Löwen fürwerts und zurücke gelauffen, und hat ſich endlich mit den Saturnô in einem irrdiſchen Zeichen conjungirt. Was aber ſonderlich dieſe Entzündung der itzigen Feuer-Flammen auff und in dem Berge Veſuviô belanget / ſchreibe ich ſelbige zu der groſſen Conjunction der öbern Planeten Saturni und Jovis A. 1623. im Löwen und der feurigen tripliciter geſchehen. Dadurch die in den langen Jahren bißher geſamlete ſchwefelichte materie dieſes Orts ſonderlich erreget worden / weil dem Löwen Italia unterworffen / Campania aber dem Widder / in welchen zur Zeit der groſſen Conjunction der Mond die Mutter allen Humorum nahe bey dem Drachen-Schwantze ſich befunden. Und haben ſint derſelben Zeit unter der Erden die Dünſte ſich mehr und mehr erregt befunden / und zur Entzündung ſich bereitet / und ſind itzo mit grauſamen Feuer in völ-

 llige

Digitized by Google

ſige Flammen geſetzt aufgebrochen/nachdem Jupi-piter 1631. den Wider wunderſeltzam für ſich und hinter ſich durchgangen/Mars auch deſſelbigẽ glei-chen von Octobri an biß in den December, wie auch lang hernach den Löwen durchſtrichen ꝛc. Et ex hâc hypotheſi Idem Autor ſeqventi capite cauſam deducit, cur præter alias calamitates prolixiùs ibi recenſitas etiam bella plerunqve conflagrationes montium ſubſeqvi ſoleant. Sed audiamus iterum ipſius verba: Die Urſach aber / daß auff ſolche brennende Berge auch ſchwere Kriege folgen / iſt dieſe: Gleich wie durch die Cauſam generalem und allgemeine Urſache der himmliſchen Influenz und deroſelben Beſchaf-fenheit/ die Materia in der Erden alſo diſponiret und erreget wird/daß ſie erhitzet und angezündet endlich außbricht / und allenthalben mit Gewalt umb ſich ſchläget: alſo wird eben durch dieſelbe all-gemeine Anregung die bilis mit den menſchlichen temperament erreget/daß ſie entzündet und auff-getrieben/die Menſchen hitzig macht für der Stir-ne und in den Gemüthern/daß ſie aufeinander er-bittert ſich untereinander ſelbſt ruiniren und ver-zehren. Iſt demnach auch itziger Zeit faſt nichts anders zu hoffen/denn daß die lang in geheim ge-pflogene feindſelige blutdürſtige Conſilia und Anſchläge ihre maturität bekommen / und hoch ſchädlich ſich ergieſſen werden mit grauſamer Ge-walt/wie ein Schwefel-Strom. Qvid verò cùm de ſignificatione incendiorum, tùm cœleſtium influentiarum efficaciâ ſtatuendum exiſtimem a ſuô locô dixi.

Ad

Ad lectionis ejusdem c. 7. §. 2.) Eandem ſententiam amplectitur Kornmannus in Templô Naturæ hiſtoricô parte primâ conſiderat. 10. ubi de montium ignibus ſic diſſerit: cauſam ignis, qvi è montibus vomitur potiùs, qvàm è vallibus inqvirere aut aſſeqvi non eſt difficile, ſi cogitemus, valles minùs cavernoſas eſſe, nempe locis omnibus obſtruſis longè magis, qvàm ſint in montibus, qvi eminentes rarioris materiæ ſunt, qvàm ima vallium, & ideò etiam ſaxoſi magis, ſalebroſi & rimis undeqvaqve ſuam inanitatem demonſtrantes. Eò igitur tendit ignis, non in ſolida loca, ad qvæ erumpendi aditum facilem non invenit. Sunt tamen in campis thermæ plurimæ, ex iisqve ignis exhalat ſenſim & paulatim, cum in montibus furat impetu ſuô ob cavitates, per qvas vim ſemper acqvirens erumpit. Eſt hæc ratio, cur in montibus potiùs, qvā campis hujusmodi evomantur ignes. Ratio verò, qvomodo hujusmodi ignes tantô miraculô generentur, ut in monte Ætnâ Siciliæ omnium Europæ celebratiſſimô eſt: ventorum vis multa per ejus viſcera permeantium ignem excitat in eâ, qvæ occurrit, ſulfureâ & aluminoſâ materiâ. Hæc Kornmannus. Et tantum eſt.

Soli Deo Gloria, Benevolo Lectori
gratia, mihi venia.

INDEX

INDEX Contentorum.

SECTIO I.

Montium ignivomorum totius Orbis Catalogum & hiſtoriam complectens.

CAPUT I.

De Ætnâ.

Penſum I. Ætnæ nomen 7. ſeqq.

Penſum II. Ætnæ ſitus, forma, moles, aſperitas, altitudo 14. ſeqq.

Penſ. III. Tres Ætnæ plagæ ſeu regiones, earumqve facies 21. ſeqq.

Penſ. IV. Crateres Ætnæ 26. ſeqq.

Penſ. V. Inſigniora Poëtarum de Ætnæ incendiis loca 35. ſeqq.

Penſ. VI. De nivium in Ætnà cum flammis commerciô 43. ſeqq.

Penſ. VII. Hiſtoria incendiorum Ætnæ ante Romanorum Cæſarum imperium 47. ſeqq.

Penſ. IIX. Hiſtoria incendiorum Ætnæ ſub imperiô Romanorum Cæſarum 60. ſeqq.

CAPUT II.

De Inſulis Æoliis & ardentibus ibi montibus 65. ſeqq.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT III.

De Veſuviô p. 70. ſeqq.

CAPUT IV.

De aliis ignivomis Italiæ montibus 90. ſeqq.

CAPUT V.

De montibus ignivomis Islandiæ, Gronlandiæ & Loppiæ 98. ſeqq.

CAPUT VI.

De monte Carbonum in Hermunduris 106. ſeqq.

CAPUT VII.

De reliqvis Europæ montibus ignivomis 109. ſeqq.

CAPUT VIII.

De montibus ignivomis Aſiæ 113. ſeqq.

CAPUT IX.

De montibus ignivomis in Africâ 122. ſqq.

CAPUT X.

De montibus ignivomis Americæ 129. ſeqq.

CAPUT XI.

De terrarum in planò incendiis 137. ſqq.

CAPUT XII.

De maris incendiis 141. ſeqq.

CAPUT XIII.

De montibus ac terris apparenter ardentibus 147.

SECTIO

SECTIO II.

Varias Autorum opiniones exponens & ad examen revocans.

CAP. I.

Opinio Poëtarum pag. 149. ſeqq.

CAP. II.

Opinio Porphyrii, Pſelli, Trithemii, Bodini, Helmontii 164. ſeqq.

CAP. III.

Opinio Surii & aliorum Pontificiorum, nec non alia Pythagoræ & Palingenii 170. ſeqq.

CAP. IV.

Opinio eorum, qvi Soli, Marti, cæterisq; Planetis ac Aſtris incendia montium tribuunt 176. ſqq.

CAP. V.

Opinio Kepleri 185. ſeqq.

CAP. VI.

Opiniones aliorum 189. ſeqq.

CAP. VII.

Iterum aliorum opiniones 196. ſqe.

CAP. VIII.

Adhuc aliæ opiniones 198. ſeqq.

CAP. IX.

Opinio Carteſii 209. ſeqq.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT X.

Opinio Kircheri pag. 214. ſeqq.
Sect. ſecundæ Appendix 217. ſeqq.

SECTIO III.

Totum naturæ proceſſum in hoc negotio veraſqve cauſas exponens.

CAP. I.

De interioris terræ conſtitutione ejusq; cavernoſitate 219. ſeqq.

CAP. II.

De igne ſeu calore ſubterraneo 227. ſqq.

CAP. III.

De cauſâ efficiente proximâ 246. ſeqq.

CAP. IV.

De materiâ incendiorum 250. ſqq.

CAP. V.

De cauſis excitantibus & inſtimulantibus 265. ſeqq.

CAP. VI.

De cauſis conſervantibus p. 268. ſqq.

CAP. VII.

De Formâ & Fine 275. ſeqq.

SECTIO IV.

Symptomatum, qvæ vehementioribus Paroxyſmis accidunt, rationem reddens, nec non de intervallis ſignificatione ac Hieroglyphicis incendiorum agens

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT I.

De Adjunctis, qvæ vehementioribus montium incendiis accidunt, ac primùm de terræmotu. p. 279. ſeqq.

CAP. II.

De mugitibus & fragoribus ſubterraneis 288. ſeqq.

CAP. III.

De maris ebullitione ac veluti fugâ 295.

CAP. IV.

De fumis 300. ſeqq.

CAP. V.

De Cinerum ac aliarum malteriarum ejectione 303. ſeqq.

CAP. VI.

De tenebris, animantium ac hominum interitu, agrorum, pagorum, oppidorum ſubverſione, fontium perturbatione, veterum obſtructione, novorum apertione, lacuum emerſione 307. ſeqq.

CAP. VII.

De incendiorum intervallis & ſignificatione 316

CAP. VIII.

Hieroglyphica ignivomorum montium 323.

CAP. IX.

De aliis Hieroglyphicis. 331.

F I N I S.

Digitized by Google

Errata.

PAgina 5.l.22.lege modis. p.11.l.13. hôc omnes. p.18.l.7. Euripides. p.37.l.30. cenſura. p.103. l.26.fluctibus. p.123.l.28. exceſſus. p.133.l.21. qvi. p.159. l. 10. concuſſisqve. p. 165. l. 18. hærentes. p.175. l.11. diei. p.203.l.6.attollit. p.234.l.26.Spirituum. p.272. l.14. Bitumen. p.282. l.24. Fromondum. p. 316. l. 15. religio. p. 340. l. 24. at. p.341. l. 11. ardebunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google